Index alter plantarum quae in horto academico Lugduno-Batavo aluntur / [Herman Boerhaave].

Contributors

Boerhaave, Herman, 1668-1738.

Publication/Creation

[Leyden] : [P. vander Aa], [1720]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/x6gnpmyw

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

XIII 14200/C

255
Cat 47-113
D2

-23
D1
C 139 135

Cat 46

40 plates
collated

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30412705

4405

INDEX ALTER PLANTARUM

QUAE IN

HORTO ACADEMICO LUGDUNO-BATAVO

ALUNTUR

CONSCRIPTUS AB

HERMANNO BOERHAAVE.

PARS PRIMA.



LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus AUCTORIS & Proſtant apud PETRUM VANDER Aa,

Bibliopolam & Typographum Academiae atque Civitatis.

MDCCXX.

INDEX

PLANTARUM

QUAE IN

HORTO ACADEMICO

LUGDUNO-BATAVO

ALUMNTUR

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



NOBILISSIMIS, AMPLISSIMISQUE,

VIRIS,

ACADEMIAE

LUGDUNO-BATAVAE

CURATORIBUS,

D. GULIELMO BARONI

DE WASSENAER,

TOPARCHAE IN STERRENBERG, EQUESTRI NOBILIUM HOLLANDIAE ORDINI ADSCRIPTO, DELEGATORUM ILLUSTR. ET PRAEPOT. HOLLANDIAE ORDINUM PRAESIDI, ETC. ETC.

D. HUBERTO ROSENBOOM, JCTO.

TOPARCHAE IN 's GREVELSREGHT, SVPREMAE BATAVORUM CURIAE PRAESIDI, ETC. ETC.

D. HERMANNO VANDEN HONERT, JCTO.

REIPVBLICAE DORDRACENAE CONSVLI, AGGERVM ALBLASSERWAARDE COMITI, ETC. ETC.

EORUMQUE COLLEGIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMISQUE,

VIRIS

REIPUBLICAE LUGDUNENSIS

CONSULIBUS,

D. JOANNI VANDEN BERGH, JCTO.

EX FOEDERATA HAC REPUBLICA OLIM NOMINE IMPERATORIS CAROLI VI. BRABANTIAE, FLANDRIAE, HANNONIAE, ETC. EPHORO, ET AD RES EARUM ORDINANDAS MAXIMA CUM AUCTORITATE DELEGATO.

D. JOHANNI VAN ASSENDELFT, JCTO.

D. HENRICO VAN WILLIGEN, JCTO.

D. ABRAHAMO VAN GERWEN, JCTO.

NEC NON

VIRO SPECTATISSIMO

D. PETRO GIJS, JCTO.

JUDICI URBANO, ET NOBILISSIMIS CVRATORIBUS, ET CONSULIBVS AB ACTIS.

DEDICATIO.

Recenſui hac aeſtate, quas Hortus alit, Stirpes; eaſque ſimul ita digeſſi, ut diſciplinae herbariæ ratio ordinem in his obſervatum forte haud omnino repudiet. Opuſculum verò Vobis offerre viſum mihi fuit, ut teſtarer publicê venerationem, quâ Vos colo; ſed & credidi muneris geſti rationem reddendam Vobis; denique ſic annixus ſum efficere, ut & conſtaret ſimul Vobis de praeſenti jam conditione Horti. Atque laetiori quidem haec omnia animo agere audeo, quod publicê fas ſit mihi dicere, nullum in toto terrarum orbe coli Hortum, qui hunc Veſtrum ſuperet, ſeu quis numerum putaverit Stirpium, aut ſingularem plurium pulchritudinem, ſive concinnitatem ordinis conſideret, unde utilitas ſanê uberrima dimanat. Mirabuntur, ſcio, qui haec legere non faſtidiunt, tam exiguo parvi Horti agello tot arctari Plantas. Res tamen ipſa ſe ita habet. Sed & facit interim haec penuria ſoli curae mihi

magnitudinem profectô & anniverſarii laboris ſemper integrationem. Si auderem igitur, unum orarem, quando ter jam fundum a condito Horto protuliſtis, ad moenia denique urbana extendere eum ut velitis: Caperet ita pulchrius, liberiuſque aleret, herbas, daret locum ſpecioſis adhuc pluribus conſerendis, quas promittere auſim, poſtremô decori Academiae atque Reipublicae inſignius reſponderet. Valete Viri Magnifici, feliciterque Rempublicam capeſſite & Academiam! ita precor.

VESTRORUM NOMINUM,

Cultor Devotus

Hermannus Boerhaave.

Lugduni Batavorum $17\frac{3}{10}19$.

REI

REI HERBARIAE STUDIOSIS

S. P.

HERMANNUS BOERHAAVE.

Decennium abhinc elapſum eſt, quando, praepoſitus Officio Botanico, primum conſcripſi Horti noſtri Indicem; qui, licet ob graves mihimet pluresque cauſas diſpliceret maximê, in uſus tamen Academicos extundendus tunc temporis videbatur: ex tumultuariis quidem ille tabulis ſubitô aggeſtus par tamen erat, ad quem redire poſſent, qui diſcendi gratiâ Hortum vellent inviſere, vel & ejus opes noviſſe, ſi quâ forte in re quaererent, quemadmodum ex noſtrâ ſupellectile ſupplementa ſibi legere poſſent. Jam verô & conſecutus otium, & perſeverantiori ſtudio magis exercitatus ex adverſariis lecta in codicem digeſſi omnia, eâ quidem curâ adhibitâ, ut plus Botanicae Doctrinae prae ſe ferat, paucioribus verô urgeatur vitiis, quamvis interim ne ſic quidem ſatis mihi placeat. Aequo igitur feras animo, quicumque Librum hunc evolvere haud dedignaris, ſi paucis te velim prius, atque audacter alloquar. Agriculturam quidem maximos ad vitam fructus afferre, & prae caeteris neceſſarios, ipſa vita hominum, ſanitas ipſa clamat. Neque minus certe Medicina aegris utilis habetur, quae & ipſa tamen ſaluberrima quaeque adverſus morbos remedia, tuendaeque ſanitati ſubſidia, ex Plantis maximê petit. Utraque ſanê

Her-

Herbarum igitur Scientiam commendat, prorſus ut firmâ ejus cognitione neque carere fas ſit Medico, neque Chirurgo, Pharmacopoeus autem, & Rhizotomus Artem hanc callere omninô debeat. Quid itaque magis neceſſarium, quid magis ex uſu, his, qui animum ad diſcendam Medicinam applicant, quam ut ſedulô diſcant prius Herbarum medicatarum facies perfecte cognoſcere, venenatas probe ab iis diſtinguere, utraſque ita tenere, ut temerê errare in hiſce nequeant. Neque interim videtur alibi ulla nata opportunitas gravi huic negotio, niſi in Hortis publicis, ubi praecipuae Stirpes coluntur, atque indicantur Tironibus a Praefecto, cujus procuratio Horti eſt, & Praeceptoris magiſterium. Utique novi, qui, Medicinâ clari, doluerunt acerbiſſimê, ſe rem tantam tam negligenter egiſſe, dum praeſens Academicus Hortus olim occaſionem praebebat diſciplinae facilitati; quum jam negotiis diſtracti, nec fruentes inſtructi agri commodis, procul erant ſpe veteris erroris corrigendi. Eſtque etiam prima ſemper Tirocinii Medici, ſi quid veri hic cerno, exercitatio in hoc ſtudio ponenda: quum maximê id ingenio humano naturale, facillimum reverâ, atque conveniens prorſus ſit animo graviore curâ libero. Publicê quidem eſt concepta & confirmata vulgaris aeſtimatio, quaſi ſufficeret Medico paucas didiciſſe fideliter, quae ſalubri ſe commendant virtute, Plantas, ſtultamque quaeri in caeteris ſpeculandis, utpote inutilem, gloriam. Hanc tamen ego ſententiam a verâ procul abeſſe puto: contra verò credidi, debere quidem Medicinae ſtudioſos apprime doceri Stir-

pes

pes uſu ſpectato celebratas, ſed & ſimul, ſi datur facultas, alias omnes, licet magis perfunctoriê, contemplari. Praeterquam enim quod corpori ſaluberrima ſit, & gratiſſima animo, honeſta ſimul, haecce occupatio, ipſa certê ejus facilitas incitamento eſt, ut vita prima Medici per hanc excolatur; neque fructu ſuo carebit hic labor: enimverô ſaepe contingit detegi in neglectis, quae ut efficaciſſimae in Medicinâ deprehenſae, ita invidâ curâ Auctorum in quæſtum privatum abſcondebantur ſollicite; ut in mirabili Peruvianâ, & Scrophulariâ majore, *nuper conſtitit. Quid verô? nonne novae ſic, & utiliſſimae, inventae? nonne conſervatur certa ſic repertarum memoria, tam citô obliteranda aliter? ut in Veterum monumentis aetas noſtra triſtis, at fruſtra, deplorat. Quae quidem omnia ſi nondum movent repudiantis animum, an-ne ornamentum quidem, conciliatum inde menti, perſuadere poterit, utilem eſſe præclaramque Stirpium quamplurimarum Scientiam? quâ & hoc efficitur, ut una ſaepe cognita aliam fruſtra quandoque & diu quaeſitam feliciter indicaverit. Si ergo ê re eſt omnes, quae offeruntur, Plantas animo complecti, atque retinere in memoriâ, pariter conſtat diſcordantium & concordantium comparatione genera legenda, quae communi formâ ſimiles ita ordinant, ut queant cogitatione mentis, & ambitu verborum, quam commodiſſimê copulari: ita ſcilicet liber onere evagandi per ſpecies, quae innumerabiles ferê, per genera incedere tutô poteſt. Ita, qui variae & vaſtæ Diſciplinæ deſperatione conterritus, & tardatus, compen-*

dii concinnitate allicitur. Scilicet nihil aliud magis adjuvat Botanicum, curamque ejus levat, quam similibus in idem adscriptis genus si unum imposuerit nomen, quo communis sociatis character designatur. Hac quidem ratione facilis comparatur Arti simplicitas, recens repertae in ordines coguntur, aptisque denominantur vocabulis, simul adjuvatur memoria, curatur ne semel cognitae deinceps excidant, atque omnis semper cavetur confusio. Utinam hâc castigatam severitate nobis Disciplinam legassent suam Priscorum sapientissimi! quam benigna hodie conatibus nostris adspiraret felicitas! si adversae valetudinis arma, si Herbarum exploratas in salubritatem virtutes, non laudassent modò posteris, sed & certâ singularum designatione seculis porrexissent. Quum jam pulchrè possimus ex monumentis eorum perspicere, quid faciendum in curandis morbis, indicio observatae naturae, invenerint; quibus verò id praestiterint auxiliis, vix detur ex Scriptis illorum addiscere. Et facilius mehercle est Sphingis aenigmata extricare, quam expedire, quamnam ex Stirpibus, nobis jam notis, suis nominibus Antiqui intellectam voluerint. Ut simile malum a suis averterent temporibus, venturisque prospicerent seculis egregiè cordati Viri, peritissimi rerum naturae, atque experimentis inspecti, pulcherrimam navaverunt operam, Conradus Gesnerus, Carolus Clusius, Fabius Columna, Andreas Caesalpinus, Joannes Rajus, Robertus Morisonus, Paulus Herman, Tournefortius, Rivinus, Hottonus, *certatim in medium attulerunt tam pulchra, ut hodie facile*

cile ſit ex ſingulis adunatis ordinatum corpus conſtituere. Maximê quidem, ſi in uſum revoces ſimul, quae de fabricâ, & uſu, partium commentati ſunt in immortalibus ſuis Operibus, Marcellus Malpighius, & Nehemias Grew, *quaeque juxta hos Nobilis* Morland *in Actis Britannicis,* & Sebaſtianus Vaillant *in elegantiſſimo ſuper his Libello, docuerunt. Horum ego omnium ſubnixus inventis ſuſtinui hunc Catalogum in ſolum Academicorum uſum utcumque componere, tantum profectô ut praeïrem Diſcipulis, iiſque formarem Syſtema Herbarium, quod noſtro ſolum eſſet Horto accommodum: nam integro Syſtemati condendo neque eſſe me jam, neque unquam parem me fore, ſcio, licet vel longaevae uſu aetatis totus eſſem in illo. Doctrinae autem noſtrae ratio jungit* Arbores, Frutices, Suffrutices, Cremia, Virgulta, & Herbas; *ſi modô florum, ſi uctuum, & fabricae evidentiſſima ſimilitudine Natura haec prior aſſociaverit: in caeteris, ubi in his vix concilianda obtinet diverſitas, Arbores, Frutices, & Cremia, remotis Herbis, in ordinem redigimus ſeorſum poſt abſolutam Syntaxin Herbariam. Neque etiam arctê ita adhaereſcimus uni parti Plantae, ut ſecundum eam ſolam ordinemus affines; imô verô vivida, ſponte obvia, ſtabilis, & magna partium affinitas quarumcumque, ſaepe characterem aliis praeferendum dabit. Probe novi, minus probari hanc Rajanam Methodum magnis in Arte Magiſtris: crediderim tamen neceſſitatem ejus patere iis, qui diverſas ab hac regula Methodos co-*

lunt. Sed & ipſis claſſibus deſcribendis, conſtituendiſque generibus, veritus haud ſui characteriſticas notas jam ab hac, ab altera iterum in aliis, petere, prout magis liquidô facilis cognationis ſpecies apparebat: uſque adeô, ut videas in una hac Syntaxi noſtrarum Stirpium plurima uniri, quae diſperſim ſcripſere alius de alio Syſtemate Botanico. Unde & plus ſemel contigit, definito generis characteri ſubnecti quaſdam Plantas, in quibus exquiſitê haud deprehenditur praefixa generi nota, dummodo ingens adeſt interim in aliis convenientia cum iis, quibus character, nomenque generis debetur. Videturque magis juvari diſcentium memoria per hanc negligentiam, quam nimis ſollicitam & obſcuram diligentiam eorum, qui minima ſubtiliſſimê ſectando Naturae abdita verius, pulchro quidem inſtituto, revelant, quam quod facilitatem Doctrinae diſcentibus expediant. Atque ita hactenus animum induco meum. Ubi verô accuratiſſimi Vaillantii *ſingularia inventa, atque obſervata, publicae commiſſa utilitati meliora aperient, ut magna ſpes affulget, docilem veritati animum ſubmittam. Porrô conatus ſum evitare innovationem nominum, ſi evitari, ſalva diſciplinae lege, poteſt. Peccaveram, fateor, in legem hanc adeô neceſſariam, in primo edito Indice, dum recentia multis Plantis vocabula ibi addita, quae meliori longê nomenclaturâ dudum innotuerant. Id fateor, culpamque deprecor! feſtinans calamus, ſejunctuſque tum longo tempore a Re Herbaria animus, errori cauſam praebuere, quam emendare jam affectavi: in paucis, quae irrepſere, a*

Bo-

Bonis condonabor. Quippe qui puto nihil fere pejus Arti accidere, quam id, quod quotidie evenit, ut quilibet Auctor Plantae diu descriptae, atque bene denominatae, novum iterum, absque fructu, absque ulla necessitate, nomen imponat. Cur Joannes Bauhinus *cuique fere Plantae, quam recenset, nomen dat diversum ab eo, quod* Columna, Clusius, & Casparus Bauhinus *dederant? Quare* Morisonus *millena nova finxit nomina, ubi nihil omninò id exigebat? Quamobrem centies post hos innovavit rursum nomina* Tournefortius? *Omnes sanè hi curam Artis gravem cura nova aggravant. Atque ita efficitur difficilibus nugis ut stulta appareat difficilisque Botanice. Fateor equidem nihil magis arduum mihi in nostra videri Scientia, quam tot diversorum synonymorum ad unam Plantam vera adaptatio. Urgebit verò haec difficultas tamdiu Artem Herbariam, donec* Amplissimus Gulielmus Sherard, *Vir prisca virtute, moribus antiquis, aetate, honore, scientia, praestantissimus, suum Pinacem evulgaverit. Ille enim ubi in Opere hoc incomparabili omnium Scriptorum diversa vocabula uni accuratê descriptae Plantae data explicuerit, nihil dein causae erit nova fingendi, ut certa deinceps & immutabilis Scientia futura sit. Utinam Botanicorum facilê Principi crudam det viridemque senectutem* DEUS, *ut tantae molis Operi par, cui sanê impares omnes se fatentur, universam rem absolvat, totumque corpus Disciplinae Herbariae immortali Libro complecti ante fata queat! Utinam retractantem semper, semper recogitantem, inque numerosos prementem nimis anxiê*

an-

annos, deſideratiſſima Volumina ſupremus non occupet dies! Sed Operi ſupervivens edito felix fruatur partâ per ſapientiam gloriâ! Advertes etiam, mi Lector, in ipſis claſſibus locandis, haud neglectum ordinem; ut exempla praeeuntis Naturae obſervarem fidelis. Characteres autem ex Rajo, Tournefortio, *imprimis tamen, quoties licebat, ex* Malpighio, *petivi. Poſtremus quippe* horum & Grewius *apparatum oſtendere Naturae molientis Herbas. Durationem Stirpium, locum apud nos natalem, deſignavi, atque addidi ſimul, quaenam jure civitatis medicae donari praeclarâ virtute meruerant; neque ſubterfugi dicere an coelum, ſolum, friguſque, noſtrum ferant, an verô eadem pertimeſcentes tegere contra brumales injurias, aut fictilibus inſitas in hybernacula deferre, conveniat, aut hypocauſtorum molli tepore fovere. Quin & requiri videbatur adnotare coercendas, quae luxuriante radicum reptatu, aut petulantiore ſtolonum progerminatione, confuſionem concurſu ſuo pariunt, vel vicinas opprimunt, denique & natalem in aquis locum quaenam habeant, quaenam verô praegnanti ex fervente fimo ſolo committi, dum ſeminantur, deſiderent. Plura addere compendio in animum induxeram, ſed, immerſus negotiis, abſtiti. Synonyma tamen legi illa, quae facere queant, ut omnium in Horto Plantarum, faciem, ortum, natalia loca, vires, uſus, culturam, ilicô poſſit Studioſus invenire.* Caſpari *enim* Bauhini *nomen brevi phraſi ducit ad omnes ipſi cognitos Scriptores, qui de eâ*

eâ forte Plantâ literis quid consignarunt. Johannes Bauhinus, *citatus ubique, eruditissimè ex placitis Veterum de Stirpe quâlibet disputat, simulque refert omnia, quae Veteres, quae* Gesnerus, Clusius, Columna, Caesalpinus, *& alii tradiderant, ut Bibliothecae Herbariae compilator sit. Quanta verò in apponendis iconibus oscitantia, quae fallacia? Sed fato properata mors prohibuit supremâ curâ perpolire Opus nobilissimum, quod deinde Editorum insciti*â *foedatum prorsus prodiit. Abesse itaque non potui quin taedioso labore omnia adscriberem* Morisoniana *vocabula: ille enim fideliter descripsit, quae clari ante eum Herbarii de Stirpibus fuerant commentati, addidit deinde non visa, vel neglecta, aliis, sed observata sibi, cunctaque appositissimis depinxit iconibus. Ita quidem, ut hactenus nullum huic Auctori comparandum noverim in usum Studiosorum: si enim in Horto contemplatus Plantam, juxta allegationem* Morisoni *in Indice hoc factam, eam in* Morisono *consideret, compendio discet quidquid desiderari circa eam potest: quare solus fere sufficit in hisce. Nec est, quod fastidiat quis Opera* Morisoni, *quia in plerisque Tractatus de* Umbelliferis *abest: praeterquam enim quod primus ille Tractatus nimis verbosè, minusque ad usum Studiosorum, sit conscriptus, longè plenior, melior, iconibus appositis auctior, iterum habetur totus in Tomo tertio, Sectione nonâ, a paginâ* 265. *ad paginam* 333. *Reliqua autem synonyma iconum praestantissimarum ergò apposui, in quibus profectò omnibus praecellit Hortus Eystettensis,* Clusius *verò propriâ manu de-*

lineatas exhibens Naturam fidus ſequitur, *inde* Dodonaeus, Lobelius, Chabraeus, *alii*, Columna *ſuas omnes ipſe pinxit*, Cornutus, Alpinus, Camerarius, Swertius, Ferrarius, Muntingius, Commelinus, Breynius, Hermannus, Pluknetius, Plumierius, *optimas pariter obtulerunt effigies. Atque haec quidem de inſtituto noſtro in edendo hoc Libello ſufficiant. Valete! & labores hos noſtros in veſtra commoda convertite!*

HORTI
BREVIS HISTORIA.

MOrtalium plurimos dulcedine ſuâ ſingulari ſtirpium pellexit contemplatio. Sive quod haec prima fuerit recens natorum hominum voluptas, quam ſponte ipſis offerebat natura rerum; ſive quod impetu quodam innato vergat eô atque feratur eorum ingenium. Quicumque verô Rei Herbariae ſtudent, amant quam maximê Hiſtoriam cognoſcere eorum Hortorum, qui in uſus publicos de induſtriâ conditi, doctrinae huic uberrima emolumenta praeſtant. Putantque ſuum hoc deſiderium ratione, a quâ laudetur, haudquaquam carere. Quum itaque Academici, qui Lugduni Batavorum eſt, Horti opes Libello hoc celebrare aggrederer, operae me pretium facturum duxi, ſi brevem illius praemitterem deſcriptionem. Quid enim? ipſe hic ex minimis ſanê, & viliſſimis primô, initiis excrevit in ſpectabilem adeô conditionem, ut, qui opes ejus divitiaſque cenſet,

&


PROSPECTUS HORTI ACADEMICI LUGDUNO-BATAVI.
Sectio perpendicularis Horti. Respectu Aquae rhenolandicae.
Summa Altitudo aquae Rhenolandiae Meridion.
altitudo minima.
HORTUS cum Suis Aedificiis (ABCDEFA) habet Virgas 200. et apparet Oculo Supra Centrum (⊙) elevato ad pedes 85. ut Tabula docet; dimensus et depictus Aº 1718. industriâ Nicolai Cruquii. Geometrae.
Scala Tabulae Ped. Rhenoland.
Virgae Rhenol.
Linea Situs Orientis et Occidentis ab * in perpendiculum Turris academicae
G. Ingressus. H. horti pensiles ingressum ornantes. 1.2.3.4.5.6.7.8. Octo quadrae in quas area horti divisa alit stirpes humi Consitas. cum Ambulacris Spatiosis. Semitis. et Pulvinis in singulis quadris.
I. Pulvilli florum. J. Horti imaginarii Exoticarum.
K. Areolae juxta sepimenta extra quadras. L. Stibadium.
M. Hydrophylacia pro plantis Aquaticis.
N. Hortus Adonidis cum Supposito caldario primus.
O. hortus Adonid. alter magno Tepidario hypogaeo instructus.
P. horti Adonidis minores, fenestris Vitreis et ligneis defensi.
Q. hortus Adonidis maximus fornace Calescens.
R. Pergula hybernaculum praebens Variis fornacibus instructum.
S. hybernaculum priore Calidius.
T. Habitaculum Praefecti Horti. U. Gazophylacium Academicum.
V. Domus hortulani. W. Colluviarium. X. Aquagium
Y. Laboratorium Chemicum. Z. Laborator: Physicum.

& tempus, & adminicula, quibus adolevit, infrâ putet. Nullus quippe in Europâ hodie, adeoque & in toto, quâ latê patet, Orbe, eſt, qui numero Stirpium locupletior, aut digeſtus accuratiore in ordinem curâ, ſit, nullus qui utilioribus magis-ve raris & ſpecioſis Plantis abundet. Proderit igitur ad incitandos inflammandoſque alios, ut diſcant, tententque ſimilia perficere, atque auxilia imitari, quae ut praeclarê inſtituta, ita & felicitate ſucceſſuum probata, eô valuiſſe ſpectantur, ut pulchritudinem inſtructiſſimo Horto conciliaverint. Sed neque injucundum erit ſcire, quinam fuerint, quorum ſapienti induſtriae tam ſingularia incrementa debeantur: excitat enim exempli virtute, & pietatis pariter officia proſequitur, quoties meritorum commemoratione juſta Auctorum laus vindicatur ab interitu, & commendatur poſteris. Quibus quidem ego argumentis motus ſequentia commentabor, quae ex genuinis rerum in Academiâ hac geſtarum monumentis, veriſque Urbis hujus, atque Athenaei, Hiſtoriis lecta, ſuiſque digeſta, ut contigere, temporibus, concinnavi.

Poſtquam octavo Februarii anni milleſimi, quingenteſimi, ſeptuageſimi & quinti à CHRISTO nato, Academia Lugduno-Batava, fauſtiſſimis auguriis, atque apparatu prorſus decoro, condita erat atque inaugurata, Medicinae ſtatim in illâ ſtudia acriter equidem & ſubtiliter coeperunt excoli. Ita ſcilicet evenire debuit: quum *Petrus Foreſtus* Alcmarianus Batavus, Vir in Re Medicâ famâ inclytus & meritis, editiſque in publica commoda Scriptis clariſſimus eodem adhuc anno Scholas ibi Medicas aperuerit, habitâ in laudem Medicinae Oratione, atque primas in Academiâ Prælectiones in Arte Medicâ differendo. Sed & eodem tempore eruditiſſimus, ſuoque merito celeberrimus, *Gerardus Bontius* medendi ſapientiam profitebatur publicê. Erat verô tanta in egregio Viro gravitas doctrinae, atque ſimul in docendo facilitas, ut feliciſſimâ rei adminiſtratione Medicinam recenti in Academiâ promoveret maximê. Non eſt ergo mirum, auſpice nobili hoc Virorum pari, felici incepto novos continuô reſpondiſſe ſucceſſus, atque recentis gloriae perpetuâ

acceſſione conſtitiſſe liquidò, quid boni de adultiore Academiâ in uſus Medicos ſperandum foret.

Quin & compertum fuit ſimul, quid prae caeteris deſideraretur maximê ad promovenda Diſciplinae Medicae commoda, ut ſcilicet expeditê atque ſincerê veris Artis praeceptis imbui poſſent animi eorum, qui ſe ad cultum hujus totos dedere conſtituerant, vellentque inde medendi uſum diſcere. Enimverô facilê conſtabat, nihil requiri magis, deſiderari ardentius nihil, imô penitus exigi, quam ut Hortus inſtrueretur publicus, in quô operâ præſenti daretur contemplari Stirpes, quas Profeſſor doceret, diſcerent Diſcipuli, utrique in publica commoda uſurparent.

Neque abfuere Illuſtres Academiae Curatores, penes quos ſumma erat auctoritas, ut totius Reipublicae nomine praeſidia praeſtarent Athenaeo Batavo, ejuſque invigilarent emolumentis; ſed illicô haec ipſos cura ſollicitos habuit, ut neceſſario hoc adjutamento res Academica promoveretur.

Decimo igitur & ſeptimo Martii anni 1577. Nobiliſſimi Curatores, habitâ ſuper hoc negotio deliberatione cum Collegis ſuis Ampliſſimis Conſulibus urbanis, rogaverunt Conſules, ut vellent in hunc uſum cedere in rem Academicam vacuum campum, qui pone Aedem Academicam in Occidentis plagam porrectus, jam prius fuerat huic deſtinatus operi, licet nondum ad effectum perveniſſet id conſilii. Poterat-ne pulchrius Aulae Academicae accedere ornamentum, vel aliud excogitari uſui melius accommodum, quam ſi rarâ loci opportunitate ita huic ſapientiae templo jungeretur Hortus, ut eidem utrumque pateret obtutui, ſituſque vicinia efficeret, ut ex veſtibulo ipſius Academiae deſpici poſſent medicatae Stirpes, ſpiraretque ſalubris ex odoratis Herbis, ex turis & balſami fruticibus, exhalans vapor per ipſa atria Minervae? Verum, ne ita quidem proſpectum putabant ſatis egregio huic propoſito; quin imô neceſſarium judicabant, quo loco conſitae colerentur Herbae, ibi aedes exſtruendas eſſe, quas primus Rei Herbariae Profeſſor, tanquam praeſens cuſtos vigilque, incoleret.

Graviſſimi Lugdunenſis Civitatis Conſules, bene gnari quan-

quantum emolumenti Urbs ex incremento Academiae caperet, ſemper promovendae utriuſque ſaluti intentiſſimi, protinus de hâc re egerunt cum toto Senatu urbano, atque ipſam quidem rem ſapienter ſuo conſilio eô deduxere, ut, generoſo certê inſtituto, Lugdunenſes Magiſtratus aream hanc nobili huic fini ſacrandam quam liberaliſſimê curaverint.

Nec mora: delineatio enim Hortique Academici inſtructio ſtatim decreta fuit, totumque hoc negotium datum inprimis *Theodoro Augerio Clutio*, quem vernaculâ appellatione *Dirk Outgers Cluyt* Batavi appellant. Innotuit egregius hic Vir erudito Orbi eleganti quidem Libello, quem *de Curâ Apum* conſcripſit ad Clarum *Carolum Cluſium*, quem ſanê inter optimos celebrant rei naturalis Scriptores. Rem ille eâ tempeſtate Pharmaceuticam profitebatur, eâque alebat gratiâ non medicatas modò, ſed & rariores Plantarum in Horto proprio, peritiſſimus inde de Horti culturâ, atque in dignoſcendis Stirpibus prudens, denique uſu quoque egregiê exercitatus. Quae quidem dotes, ut ſingulares, multum praeterea adjumenti accipiebant ex neceſſitudine, quae inter ipſum intercedebat & *Cluſium*, unde auxilii in ipſum conſiliique utiliſſima dimanabat communicatio.

Omnem igitur induſtriam ille, ſcientiam omnem in hiſce ſuam, indefeſſus agendo Vir honeſtus adhibuit, ut inſtrueret Plantis Hortum. Nec detrectavit ex proprio Horto in Academicum deferre, quas colebat, omnes, ſed undequaque inveſtigatas apud eos, qui harum rerum in Batavià gnari & ſtudioſi, eô referebat, nunc vagando per inculta legebat natali ſolo, nunc pretio emtas alibi adduxit, quin & miſſas ex liberalitate aliorum addidit, iiſque effecit rebus, ut recentiſſimê parata haec ſupellex Herbaria ſufficeret, eodem adhuc nati Horti anno, quae praeberet locupletem Inſtitutionibus Botanicis publice tradendis materiem, quas ſuo ipſe pro modulo primus dabat.

Quam felici contigit fato talis Horto Conditor! urebat illum flagrans deſiderium augendi ſemper Horti Plantas, perſeverantiſſimum uſque in ſupremae diei finem & nun-

quam remiſſum hocce ſtudium; callebat perfectê arte, quâ comparatas tueretur, atque ab interitu defenderet; ipſum verô Horti fundum bene colendo redderet fructuoſum. Verum & aliud erat, quod plurimum profuit: fuit enim illi filius *Augerius Clutius*, cui proprium ad talia ſacra ingenium dederat benigna Natura; id verô, ne datum fruſtra ſine fruge periret, omni curâ ſedulò agebat pater. Aſſiduo enim in Botanicis exercitio ita felicitatem ſponte natam excoluit fovitque parens, ut inter principes Rei Herbariae Doctores relatus ex meritis ſuis fuerit. Satis id Magiſtris artis conſtat ex concinno ejus Libello, qui tribus chartis, ſed doctis certê & laborioſis, enarrat ſuperbientis Aſiae Maldivenſem coccum, adoratum fere Indiarum Regibus ob eximias, nec uſquam ultrà reperiendas, contra morborum venenatiſſimos, virtutes. Atque hunc quidem evulgavit ille anno demum 1639., poſtquam Amſtelaedami, faciendo feliciter Medicinam aegris, claramj ampridem celebritatem nactus fuerat. Caeterum a genitore ſuo *Theodoro* jam a teneris Elementa Botanica diſcens, profecerat jam puer eô uſque in nobili hâc Scientia, quantum patris facultas, recensque Horti inſtructio, patiebantur. Ut verô perficeret illum magis, magiſque, voluit gnatum Germaniam, Gallias, Italiam, Hiſpaniam petere, eo quidem inſtituto, ut addiſceret ibidem, quidquid porro ad Studii Herbarii perfectionem uſquam ipſi occurreret. Quin & eo praeterea conſilio, ut legeret ubique natali in ſolo Plantarum occurrentium bene matura ſemina, quae in incrementa Horti noſtri patri ſuo omni ſtudio mitteret, qui recepta Horto ditando fidus impendebat. Quantum verô profecerit per haec itinera, quâque famae laude *Clutius* junior inclaruerit, uno hoc diſcamus argumento: integro ſcilicet biennio hic in Monſpelienſi celeberrimâ Galliarum Academiâ functus fuit Profeſſorio Botanices munere, vicem gerens Clariſſimi *Petri Richerii de Belleval*, qui eâ tempeſtate ſumma quidem cum gloria Rei Herbariae Profeſſor publicus atque Cancellarius Academiae, tum verô valetudinarius, & viribus impar, dignum habuit *Augerium*, qui fungeretur officio ejus. Quantus verô

rô fuerit in Arte *Richerius*, id verô ſatis evincit Opuſculum, quod anno 1598. edidit *de Onomatologiâ Stirpium Horti Monſpelienſis*; longê verô magis conſtabit de ſummâ hujus Viri in hâc Arte ſapientiâ, quando dabitur aliquando videre deſcriptiones, atque iconas, Plantarum Alpinarum, earumque, quas alunt Pyrenaei Montes, quas quidem ipſe perfecit eleganti ſermone, atque, ut durarent, artificioſâ in aes inciſione, quas tantis ornat in Itinerario Aſiatico encomiis magnus *Tournefortius*. Peregrinus certê juvenis tanti Viri ſententiâ laudatus, tantoque admotus ab eodem muneri, glorioſum magis Doctrinae ſuae teſtimonium haud facilê impetraverit. Perfunctus hâc provinciâ, in Hiſpaniam profectus denuô, miſit inde Leydam lectiſſimas Stirpes montanas; ſtatimque magis accenſus in Africam transfretavit, eâ ſolum gratiâ, ut pareret cupidini inveſtigandi & ibi Plantas, inventaſque tranſvehendi in Hortum Lugduno-Batavum. Ter captus, dum per deſerta vagatur Barbariae, ter omni exutus ſupellectile partâ tot laboribus, tot periculis, orbus quidem in patriam redux magna excidit ſpe, attamen prima ſic jecit fundamenta, & firma profectô, Commercio Botanico per Orbem inſtituendo, colendoque, per itinera. Neque voluerunt Academiae Proceres, abire ſine praemio egregia haec Viri induſtrii conamina: imô verô decreto ſexto Maji anni 1607, iterumque decimo quinto Auguſti anno 1608, geminatâ, &, prout ratio ejus temporis ferebat, amplâ ſatis, remuneratione teſtati ſint, quo favore officia Viri exceperint, quantum ejus meritis decus rependerint, quantiſque excitaverint beneficiis Botanicorum animos, ut amplificandis Horti ſui divitiis ſedulam navarent porrô operam.

Natâ ſic occaſione Inſtitutiones Herbarias inchoandi, auſpicando huic, & excolendo, muneri praefectus fuit primus *Gerardus Bontius*, IV. Septembris anni 1587. ex Auctoritate Publicâ juſſus, ut Studioſos Rem doceret Herbariam aeſtivo, Anatomen hyberno, tempore. Qui egregio deinde eventu conditionem accepit, occepitque Diſciplinam, ita quidem, ut numerus Studioſorum Medicinae intra

tra quatuordecim annos increverit eô uſque, ut plures jam hanc colerent Academiam, quam unquam Lovanienſem vel florentiſſimo ejus tempore frequentaſſent hactenus. Atque ita hanc provinciam ad emortualem uſque illi annum 1599. pulchrê ornavit quum ad decimum & quintum Septembris diem eo anno mortuus ſit.

Quum interim egregius hic Vir in Academiâ Anatomen, Medicinam Speculativam, & illam quae morbis internoſcendis & ſanandis occupatur, ſtrenuê, & ſedulô doceret, atque ſimul occupatiſſimam faciundâ Medicinâ vitam degeret, adjutore illi jam dudum ante ſuprema ejus opus fuit, qui, in partem curarum receptus, onus levaret. Cui quidem felicem occaſionem maximus *Lipſius*, Academiae tunc Rector, Curatoribus obtulit, ſignificans *Petrum Pavium* Amſtelaedamenſem, Medicinae Doctorem aptum, promptumque ſponte, qui Herbas exponeret. Atque ille hâc ornatus commendatione, admotus eſt huic operi eâ lege, ut ſemeſtri ſpatio fieret periculum in facultate Doctrinae ejus, ſucceſſuſque exploraretur. Quae illi conditio oblata nono Februarii 1589. anni, ilico ſummâ cum induſtriâ ab eo fuit inchoata atque exculta. Attamen geminatâ hâc curâ nondum ſatis ſe proſpexiſſe arbitrati Nobiliſſimi Curatores & Conſules, id ſibi praeterea negotii datum crediderunt, ut Virum uſu velocem, & materiae Medicae callentem atque divitem adjungerent. Nec mora. Quum enim *Bernardi Paludani* Medicinae Doctoris, qui ſuis *in Hiſtoriam Indiae Orientalis Linſchotianam* Notis promulgatis inclaruit, anno 1599. fama increbuiſſet, eumdem lauto ſtipendio, & immunitate aedium, Enchuſâ, ubi habitabat, Lugdunum invitaverunt, ut ibidem capeſſeret Profeſſionem Botanicam, Hortum neceſſariis inſtrueret Plantis, publicê doceret Rem Herbariam, vireſque explicaret Stirpium & Foſſilium. Contigit quidem haec oblatio duodecimâ Auguſti 1591. Variis hic peregrinationibus multas Orbis oras ſedulô perluſtraverat; atque eâ re ſimul comparaverat ditiſſimam ſtirpium, foſſilium, animalium, terrarum, gemmarum, marmorum, inſectorum, coralliorum, & aliarum rerum natu-

ralium, copiam; jure itaque cenſebant e re Academicâ fore, ſi adeô celebrem, & medicamentariâ ſupellectile divitem, Virum Academiae conciliaviſſent. Verum votis ſuis ut exciderunt, refutante conditionem *Paludano*, duodecimo deinde Maji 1592 *Petrum Pavium*, quem anno 1589 ex *Lipſii* & *Heurnii* exquiſitiſſimis commendationibus, Medicinae Profeſſorem creaverant, nunc elegerunt, cui committeretur cura Horti; mandantes ut conquireret, inque Hortum ferenda curaret, omnia, quae prece, pretio, permutatione, literis, ex quâcumque demum Orbis habitati plagâ, parare poſſet. Imô verô haud detrectarunt Magnifici Viri omnes Herbarum Cultores ſuo nomine publicê rogare, ut in neceſſitatem & ornatum Horti ſui liberaliter impertirent illa, quibus carere illi commodê poſſent, promittentes ſe haec dona, ut gratiſſima ſibi, omni occaſione rependere velle.

Ut autem ſummum, quod habebant, pretium Horto ſuo conciliarent, rogaverunt *Joannem ab Hoogelande*, intimum *Cluſii* amicum, ut periclitaretur, an hunc, Francofurti tum degentem in beato otio, omnium Botanicorum facilê principem, honeſtâ oratione atque lautis praemiis movere poſſet, ut curam Horti ſuſciperet in ſe, veniret Lugdunum, atque incomparabili ornamento amplificaret Academiae celebritatem. Quum verô ingenuus hic Vir, quo candidiorem vix ipſa queat formare virtus, honorificum onus & munus publicum quâm humaniſſimê repudiaſſet, cauſatus ingraveſcentis onera aetatis, & valetudinis infirmitatem tanto operi imparem, obtulit interim conſilia ſua, & dona herbaria, promittens ea ſe Horto daturum eſſe, quae ex omnibus Orbis culti plagis undique parare poſſet ab Amicis Botanicis lege commercii, atque reverentiâ amabilis Viri, cujus ſummâ in hac Diſciplina ea tempeſtate auctoritas. Videbant Curatt. & Cſſ. quantum boni redundaret in Hortum a ſapienti monitu, & liberali promiſſo, Viri, cujus ut ſumma erat in Arte ſapientia, ita & intemerata fides. Cenſuerunt tamen praeſentia Tanti Nominis carere haud poſſe Academiam: itaque geminato rogatu, honorarii decoris oblatione, atque ſtipendii magnitudine, ef-

fecere, decimo quarto Julii 1592, ut provinciam ſuſceperit ea lege, ut liber ab onere docendi, praeſentia, conſilio, commercio Botanico, prodeſſet Academiae, Horto, & illis quoque, ad quos ſpectabat publicum Botanica docendi munus. Nec remiſit ille ullum tempus, quin fungi inciperet ſuſcepto munere: ſcripſit enim ilicô ad Illuſtrem *Douſam* Curatorem Academiae de ordinandis iis, quae ad digerendam Horti ſuppellectilem pertinerent, miſitque jam ſtatim quinto Novembris 1592 rariora ſemina, quae Magnus Dux per ſuum Rhizotomum in Creta lecta *Cluſio*, hic Horto, donabat. Ita incipiente, ita perpetuô non pergente modô, ſed magis magiſque promovendis commodis incumbente, cura & auctoritate Tanti Viri locupletatus brevi fuit Hortus, ut anno 1601 ultra octingentas Plantas poſſideret, atque inter has quidem exoticarum plurimas. Interim auctor fuit Curatt. & Cſſ. ut *Gerardus Bontius* & *Petrus Pavius* crearentur Profeſſores ſimplicium, & Praefecti curae, culturaeque, Horti, ut partito labore alter feriatis diebus *Dioſcoridem*, alium-ve Botanices Scriptorem exponeret publicê, alter verô horam quotidie impenderet explicandis oſtendendiſque aeſtivo tempore Stirpibus, hyberno autem Foſſilibus. Quod quidem negotium illi ambo ſimul aggreſſi ſunt octavo Auguſti 1598. En, quanta cura, impenſa, molimine, opus fuerit ad condendum Hortum! En eodem tempore praefectos ei conſtituendo Triumviros! Illi profectô, auſpice imprimis & directore *Cluſio*, ejus monitu, conſilio, explicatione, proſperrime agere, nova conſcribere, ſupplementa undique legere, Hortum ditare, Stirpes oſtendere, cum deſcriptionibus Veterum conferre, vires indicare, uſus exponere.

Interim octavo Februarii 1599 cenſuerunt Curatt. & Cſſ. aedificandum ad meridionalem Horti plagam ſolarium, quod hybernaculi effectu hyeme repoſitas ſervaret exoticas, quae aſperitatem brumae, ſub inclementiori coelo, noſtroque uliginoſo atque frigido in ſolo, ferre nequeant: ſimulque ut in eo ſpectanda exhiberentur omnia, quae ex variis undique oris lecta Hiſtoriae Naturali ornandae atque am-

amplificandae prodeſſe poſſent; quod & deinde anno 1600 perfectum fuit.

Tumque primô edidit Clariſſimus *Pavius* anno 1601 Catalogum Plantarum Horti, ejus delineationem, dimenſionemque. Deſcribens ejus aream ab Oriente in Occidentem 133, à Meridie in Boream 103 pedes porrectam, alere jam 800 Stirpes, quas aſſiduê novis, exoticiſque imprimis, augebat *Cluſius*.

Mortuo *Bontio* anno 1599, atque *Cluſio* anno 1609, ſolus *Pavius* ſuperfuit, qui ſumma induſtria, atque aſſiduo labore, juxta conſilia *Cluſiana* Hortum ornavit, auxit, Stirpeſque explicuit. Defuncto deinde anno 1617 *Petro Pavio* ſucceſſit in Re Botanica *Aelius Everhardus Vorſtius*, qui jam anno 1599 *Bontio* in Profeſſione Medica ſucceſſerat. Vir novo huic muneri ornando aptiſſimus, ut in priori dudum clariſſimus evaſerat. Ille enim Lugduni Batavorum *Lipſii*, *Vulcanii*, *Tiarae* diſciplina feliciter uſus, Heidelbergae & Coloniae Agrippinae ſummorum Virorum doctrina imbutus, in Italia dein *Capivacii*, *Mercurialis*, *Aquapendentis*, *Coſtaei*, *Tagliacotii*, *Braſavolae*, *Catanei*, *Paterni*, *Zabarellae*, *Piccolhominei*, aliquamdiu Diſcipulus, in unum collegit, atque digeſſit, corpuſculum, quidquid inter egregios Praeceptores ſparſum fuit eruditionis Medicae. Neminem tamen diligentius coluit, nulli adhaeſit magis aſſiduus, quam *Uliſſi Aldrovando* Bononienſi. Huic enim ita conciliatus erat, ut hoſpitali menſa exceptus, inque familiaritatis intima admiſſus, ab eo hauſerit ut ab *Ariſtotele*, *Theophraſto*, *Dioſcoride*, & *Plinio*, ſui ſeculi, quidquid Hiſtoriam Stirpium, Foſſilium, Metallorum, Animalium, illuſtrare poſſet. Quibus ſanê eximiis dotibus, pari cum diligentia junctis, effecit, ut prior Horti conditio non retrô lapſa, ſed magis promota fuerit. Quum verô Clariſſimus Vir anno 1624, & Octobri menſe, fato ceſſerat, habuit ilicô ſucceſſorem, qui Horto praeeſſet, filium ſuum *Adolphum Vorſtium*, eodem quidem anno. Fuerat hic uſus ſapientia patris, atque aliorum in Academia Lugduno-Batava tum inclytorum Profeſſorum, Arabica

imprimis edoctus & Graeca, ut aditum pararet ſibi in ipſa penetralia Botanices. Quae duo mire poſtea profuerunt ad illuſtrationem Stirpium. Bloeſiis in Gallia *Pauli Renealme* Auditor Scientiam Herbarum ſeverius excoluit, in Hortis atque Academiis Italiae planê perfecit. Itaque inſtructiſſimus ab omnibus, quorum uſu promovetur Botanice, clarus ubique, Principibuſque ipſis charus, cum Illuſtriſſimo *Marco Antonio Mauroceno* a Sereniſſima Venetorum Republica ad Ordines noſtrae Patriae Legato, ex Italia in Bataviam venit, ſtatim ut rediit Profeſſor creatus Tanti Viri praeſentia decoratus fuit, quum Oratione publica inchoamenta muneris auſpicaretur. Edidit ille anno 1633 *Catalogum Plantarum*, quibus tum Hortus inſtructus erat, quae accreverant in 1104, addiditque Indicem earum, quas circumfuſa Lugduno prata, ſabuleta, paludes, & rivi, indigenas alunt. Optimê functus munere, moritur decimo quinto Martii anno 1663. ſuffecit continuô Curatorum vigilantia *Florentium Schuyl*, ne carens procuratione Hortus detrimentum caperet. Atque ille quidem, cum anxietate intentus in commoda ejus, auxit numeroſam Stirpium familiam, ſimul earum uſum cum fructu expoſuit, cujus quidem utriuſque monumentum reliquit, poſtquam evulgaverat *Catalogum Plantarum* Horti, quibus is anno 1668 inſtructus ſpectabatur, ſubjuncto indigenarum Indice. Patet etenim Plantas plus ducentas & viginti adjectas fuiſſe ejus cura iis, quas in Catalogo ſuo *Adolphus Vorſtius* enumeraverat.

Poſtquam verô & hic vita functus anno 1669, ſubeuntem habuit anno 1670 *Arnoldum Syen* Amſtelodamenſem, qui natus anno 1640, operoſo labore, atque itineribus per Angliam, Gallias, Germaniam, inſtitutis, Plantarum ſcientiam ſibi comparaverat. lauta crebrô augmenta mox acceſſere Horto, quorum quaedam ſingulari Viri induſtriae, felicitati tempori alia, accepta ferenda ſunt. Benigno quippe ſidere fota tunc cum maximê increvit in Europa Stirpium tam cultus, quam hiſtoria. In Patria noſtra Viri Illuſtres, auctoritate, ſcientia, artis amore, inſignes dedita opera, junctis ſtudiis, ſumtu maximo, ex omnibus Orbis oris, omni

mo-

modo, inquirebant omne id, quod Plantae nomine cenſetur. Nulla fere, vel bellica, vel oneraria, navis portu exire, nullus vel illi gubernandae praefici, quin juberetur, rogaretur-ve, ubique legere ſemina, effodere radices, depangere ſurculos, inſerere vaſis ſtirpes, atque probè ſervata a corruptione in Bataviam devehere. Ibi ſtatim pro natura ſoli coelique nativi coli, educari, ad frugem perduci. Sic privati, ſic publici, in Hollandia Horti ſuperbire, & compendio ſpectandum dare, quidquid terra habet pulchri. Prima Reipublicae Batavae lumina, *Hieronymus Bevernink*, *Caſparus Fagel*, *Simon van Beaumont*, *Willem Benting*, *Adrianus van Rheede*, qui Viri! quae Nomina! operoſiſſima diligentia ſuis deductas terris Batavo ſolo commiſſas Plantarum ſpecioſiſſimas aluerunt, ex quibus ſemper etiam quaedam in Hortum Academicum delatae ſunt. Quum itaque inclaruiſſet ſingularis *Syeni* in colendis exoticis diligentia & induſtria, quam in Horto ſuo Gaudano oſtenderat elegantiſſimis harum deliciarum ſpectatoribus, hac re non modò celebratis Viris, ſed & ipſis ubique Stirpium Profeſſoribus, admodum conciliatus fuit. Erat quippe ingenio, arte, doctrina, facundia, moribus, politiſſimus. Certatim hinc amicitiam Viri ambiebant, colebantque, *Moriſonus*, *Breynius*, *Commelinus*, *Herman*, quum ipſe interea magnos hoſce in Republica Botanica Proceres venerabundo cultu, ſincera amicitia, proſequeretur. Cernitis fieri haud potuiſſe, quin omnia haec ſummo fuerint emolumento Rei Hortenſi. Maximè tamen quum *Paulus Herman* anno 1672 ex Batavia ſolvens, Africam, Indiam, & Ceylon adiit Plantarum inveſtigandarum, explorandarum, atque deſcribendarum ergò: quum enim procurante Ampliſſimo *Bevernink*, ex conſiliis *Syeni*, id imprimis acciderit, grata benefacti memoria candidam animam impulit, ut quotannis adhoſce mitteret ſelecta ſpecioſiſſimarum Stirpium ſemina, radices, bulbos. Quorum pars maxima ſemper Academiae cedebat ornamento. In his verò totum occupatum atque pulcherrima quaeque pro Horto molientem, mors fato propera XII Kal. Novemb. 1678 abſtulit magnum Virum. Tumque ſtatim XXI

Novembris 1678 Profeſſor Botanicus creatur *Paulus Herman*, tum in beatiſſima Ceylanenſium inſula degens, totus in Rem Botanicam ibi intentus, atque in promovenda Hiſtoria Naturali actuoſus; verum quum biennii fere ſpatio opus, antequam munere fungi oblato poſſet, conſtituerunt XI Maji 1679 *Petrum Hotton* ordinarium Medicinae & Botanices Profeſſorem uſque tantum in id tempus, quo *Herman* ex Indiis redux Profeſſionem capeſſeret praeſens, quam ille acceptam officii conditionem ſuſtinuit uſque ad VIII Aug. 1680; quando a Curatt. & Cſſ. quam humaniſſimê & honorificê gratiae illi actae pro rebus laudabiliter geſtis pro Academia, & promiſſis ſatis amplis, quod omni datâ occaſione re ipſâ id agnoſcerent, honoratus Ille fuit.

Adfuit igitur exſpectatus ab oris Indicis *Paulus Herman*. Ille Hallenſis Saxo, natus XXX Jun. 1640, à tenerâ aetate, ipſoque ingenii ſponte nato impetu, Plantarum contemplatione captus, Wittenbergae, Lipſiae, Jenae, Lugduni-Batavorum, Romae, Patavii, Doctrinâ Herbariâ imprimis, & Medicâ, imbutus, in Patavino Lycaeo ordini Medicorum inſertus anno 1670. Inde peragratâ Italiâ, in Bataviam reverſus, ubique Scientiae Herbariae laude clarus, omnibus Rei Herbariæ Profeſſoribus, Cultoribus, Studioſis, in ſummo honore, deinde octo annorum continuatâ curâ acquiſitâ Indiae, Africae, Ceylani, Herbarum cognitione incomparabilis, incredibili exſpectatione exceptus, ſummo cum applauſu Orationem habuit inchoandae Profeſſioni ſacram anno 1680 de uſu Hortorum, atque natâ inde oblectatione. Atque hic ab infante duratus Vir, omni experimentorum periculo inſpectus, maximae curae homo, tenaciſſimae memoriae, & cui cum animi habitu praeclaro, corporis quoque inerat firmitas. Mox noctes, dieſque, totum ſe dedit amplificandis, demonſtrandis, explicandis, deſcribendis, depingendis, atque evulgandis Plantis, quas in Horto deprehenderat, adduxerat, aut quotidie undequaque recentes addebat. Dictu impoſſibile atque incredibile eſt, quot expenſas fecerit, quot itinera ſuſceperit, quot deambulationes inſtituerit, quot literas ſcripſerit,

pſerit, quot commercii, & permutationum, modos adhibuerit, quot volumina exaraverit, quot tabulas pingendas curaverit, ut nova ſemper divitiarum acceſſione ſplendorem Academiae pulchriorem conciliaret. Oſtendit ergô ipſo anno 1681 in Horto Academico Botanices Studioſis 1537 Stirpes, additis ſimul, quae vires ſpectarent uſumque, obſervatis accuratiſſimis. Urebat autem nobilem Virum, quod ſine ullo ordine, tumultuariô conſitus, Hortus, inutili repetitioni, fruſtraneo labori, operoſae & caſſae difficultati diſcentibus praeberet occaſionem! deplorabat variae & vaſtae Diſciplinae deſperatione conterritos juveniles animos experiri nolle, quod ſe aſſequi poſſe diffidunt, videbat inde retardari optimorum ſtudia. Praecipua ideo cura ei fuit, demereri delicatiores Juvenum animos, credebat facilitatis amoenitate, & illecebris his capiendos, ut concinnitate methodi deceptos, atque affinitatis teſſeris callentes, brevi doceret. Nec ergo requievit, donec, productis tertium anno 1685 Horti pomoeriis, ad *Moriſonianas* recens tum in publicum evulgatas leges Horti Plantas digeſſiſſet, atque anno ſtatim 1689 emiſiſſet in lucem, quando tum publicê, tum privatê 3029 Plantas exhibuit, quarum deinde numerum auxit perpetuô. Vide, mi Lector, quid faciat *Herman* octo annorum ſpatio! incredibile ſit, verum tamen eſt. Ille unus anguſto hoc tempore plura & pulchriora in Hortum intulit, quam *Bontius*, *Clutius*, *Pavius*, *Cluſius*, *Vorſtii*, *Schuylius*, *Syenus*, ſpatio centum & quinque annorum colligere tanto molimine, tantâque arte, potuerant. Sed & Curatt. & Cſſ. magni Viri conſiliis, monitis, votis, obſequi, impenſas itineribus, commerciis, aedificandis hypocauſtis, hybernaculis, liberaliter ſuppeditare. Ordinaverunt hybernacula tum ſpatioſa, & multa, quae luminibus Auſtro expoſitis inſtructa, altiſque erecta parietibus, tutiſſimo adverſus brumam munimine Stirpes defenderent; utque altis feneſtris tepore irradiantis ſolis inſpiraretur fovens calor, frigus verô intolerabiliter horrens arceretur, diſpoſitis ſimul aptê fornacibus, ut urentiſſimi tempore gelu, calore & frigore intra haec temperatus aer ſuaviter teperet.

Ipſe

Ipſe autem in Gallias jam, jam in Britannias, jam in Germanias, feriarum tempore profectus, emit, atque in Hortum adduxit plurima. Quibus rebus ut ditaverit Hortum, doceat *Catalogus*, quem anno 1687 edidit in octavo apud *Cornelium Bouteſteyn*. Doceat *Flora*, quae anno 1690 edita eſt apud *Fredericum Haaring*. Doceat *Paradiſi Batavi* Prodromus, quem ex dictatis Viri Diſcipulus edidit poſt *Scholam Botanicam* anno 1690, licet non ſine multis erroribus; quos in hoc ipſo Libello propria *Hermanni* manu correctos, una cum additamentis quam plurimis, poſſideo. Doceat *Flora altera*, quam anno 1695 inchoantem, & edentem jam uſque ad 129 paginam ſupremus occupavit dies. Doceat *Paradiſus Batavus*, quem poſthumum Illuſtris edidit Vir, atque in Botanicis facilê princeps, *Gulielmus Sherard*, cui chorus aſſurgit omnis Botanicorum. Et quidem intentum majoribus 25 Januarii anni 1695 mortuum luxerunt omnes, quibus eruditio, ſcientia rerum naturalium, maximê Botanices, quibus Chemia, nam illi jam Profeſſor deſignatus erat, quibus Medicina, candor, ſimplicitas, induſtria, benevolentia, quibus denique virtus, erant in deliciis. His enim ita ornabatur *Paulus Herman*, ut vix reliquerit ſuperſtitem in quo tam multiplici, tamque inſigni, fulgerent praeſtantiâ.

Petrus Hotton natus Amſtelaedami XVIII Junii anno 1648, ibidem literis humanioribus ſummo cum profectu imbutus, deinde in Academiâ Lugduno-Batavâ Linguis, Hiſtoriis, Antiquitatibus, Philoſophicis, Medicis, maximê Botanicis magno cum fructu operam dedit, atque ibidem anno 1672, legitimê ordini Medicorum adſcriptus, Artis Medicae felici exercitio, atque Diſciplinae imprimis Herbariae gloria, inclaruit: eximiê autem ſpectatum ſe dedit biennio illo, quo munere publico functus ante *Hermanni* appulſum fuerat. Quare deinde Amſtelaedamum Lugduno reducem anno 1692 Horto ſuo inſtructiſſimo, atque incomparabili certê, praefecerunt Nobiliſſimi atque Ampliſſimi urbis Amſtelaedami Conſules. Ibi ſollicitâ curâ, aſſiduâ vigilantiâ, judicio acri, effecit, ut Hortus ille pulcherrimus ad leges ar-

1. Eryngium; maritimum. *C. B. P.* 386. *Dod. p.* 730. *J. B.* 3. 86. *Cluſ. H.* CLIX. *M. H.* 3. 165. *Eryngium marinum. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 9. *Fig.* 1. †.

2. Eryngium; vulgare. *C. B. P.* 386. *J. B.* 3. 85. *M. H.* 3. 165. *Eryngium campeſtre. Dod. p.* 730. *Eryngium, campeſtre, vulgare. Cluſ. H.* CLVII. †.

3. Eryngium; latifolium; planum. *C. B. P.* 386. *M. H.* 3. 165. *Eryngium, planum, latifolium, capitulo rotundo, parvo. J. B.* 3. 88. *Eryngium, ſpurium, primum. Dod. p.* 732. *Eryngium, Pannonicum, latifolium. Cluſ. H.* CLVIII. *H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 10. *Fig.* 1. *Flore cæruleo, majus, & minus.*

4. Eryngium; latifolium; caule ex viridi palleſcente; flore albo. *C. B. P.* 386. *Var. Eryngium, Pannonicum, latifolium, caule ex viridi palleſcente, flore albo. Cluſ. H.* CLVIII. *majus, & minus.*

5. Eryngium; latifolium; caule & flore amethyſtino pulcherrimo. *An Eryngium, Creticum, erectum, folio multifido, caule & ramis amethyſtinis. T. Cor.* 23.? *Eryngium montanum amethyſtinum. C. B. P.* 386. *M. H.* 3. 165. *Eryngium totum cæruleum. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 8. *F.* 4.

6. Eryngium; Orientale; foliis trifidis. *T. Cor.* 23. *H.*

7. Eryngium; planum; minus. *C. B. P.* 386. *M. H.* 3. 166. *Eryngium, puſillum, planum, Montani. Cluſ. H.* CLVIII. *H.*

8. Eryngium; Orientale; tenuiſſimè inciſum; capite ſtellato. *T. Cor.* 23. *H.*

9. Eryngium; planum; latifolium; Creticum; flore cæruleo ex albo miſto variegato. *Sher. H. Maurocen.*

10. Eryngium; maritimum, Luſitanicum; folio ampliori. *T.* 327. *H. R. Par. M. H.* 3. 165. *H.*

11. Eryngium; Hiſpanicum; annuum; folio cæſio, ſplendente; floſculis vix conſpicuis. *a.*

ECHINOPUS. *T.* 463. 262.

Habitus Cardui.

Folia alterna.

Floſculi monopetali, quinquefidi, ſegmentis extrorſum convolutis, fiſtuloſi, parvi, ſinguli ovarii apici innati intra coro-

ronam ejuſdem pappoſam inhærentes, congeſti in unum capitulum echinatum, ſphæricum, ſine calice communi, & ſine coronâ ſuccingente.

Ovarium oritur ex caliculo ex multis ſquamoſis foliolis, eſt cylindricum coronâ pappoſâ ornatum.

Cuncta hæc arctè & denſè compacta hærent ad axin, ut faciant caput ſphæricum.

1. Echinopus; major. *J. B.* 3. 69. *Carduus, ſphærocephalus, latifolius, vulgaris. C. B. P.* 381. *M. H.* 3. 163. *Carduus ſphærocephalus. Dod. p.* 722. *H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 7. *Fig.* 1.

2. Echinopus; major; humilior; floribus albidis. *Flor.* 2. 57. *Carduus, ſphærocephalus, latifolius, vulgaris, flore albo. C. B. P.* 381. *Var.*

3. Echinopus; major; flore candido, ſtaminibus in medio cæruleis. *T.* 463. *Carduus, ſphærocephalus, latifolius, vulgaris, flore ſtaminibus in medio cæruleis. C. B. P.* 381. *Var.*

4. Echinopus; folio acanthi aculeati tenuiter laciniato; flore albo. *Carduus, ſphærocephalus, capitulo longis ſpinis armato. C. B. P.* 382. *Carduus, ſphærocephalus, acutus. Dod. p.* 722.

5. Echinopus; minor; annuus; capite magno. *T.* 463. *Carduus, ſphærocephalus, annuus, minor. M. H. R. B. Scabioſa, cardui folio, annua. Par. Bat. Carduus, ſphærocephalus, annuus, Luſitanicus, tenuiter laciniatus. M. H.* 3. 164. *a.*

GYMNOMONOSPERMÆ, FLORE COMPOSITO, CAPITATÆ, SQUAMOSÆ.

Florum capita componuntur ex floſculis monopetalis, fiſtuloſis, in lacinias plerumque longas diviſis.

Calix communis capitis â flore delapſo extumeſcit in ventrem ſquamoſum, turgidum, capitis æmulum.

Singulis floſculis unum ſubnaſcitur ſemen, quod pappoſum, aculeatum, coronatum, uno modô caſu ſolidum.

CARDUUS. *Raj. Meth.* 40.

Folia ſemper ſpinoſa, alterna.
Capitula plerumque ſquamis aculeatis conſtantia.
Spinæ omni parte rigidiores, frequentiores.
Partes plantarum ferè lacteſcunt, ſaltem in plurimis.

1. Carduus; pycnopolycephalus; ſylveſtris; Triumfett. 100. 103. *Ic. M. H.* 3. 153. *a. b.*

2. Carduus; ſpinoſiſſimus; anguſtifolius; vulgaris. *C. B. P.* 385. *Carduus, ſylveſtris, tertius. Dod. p.* 740. *Carduus, caule criſpo. J. B.* 3. 59. *b. Flore purpureo.* †.

3. Carduus; ſpinoſiſſimus; anguſtifolius; flore albo. *b.* †.

4. Carduus; caule criſpo; capitulis minoribus. *b.*

5. Carduus; lanceatus; latifolius. *C. B. P.* 385. *M. H.* 3. 153. *Carduus, lanceolatus, ſive ſylveſtris, Dodonæi. J. B.* 3. 58. *b.* †. *Flore purpureo.*

6. Carduus; lanceatus; latifolius; flore albo. *b.* †.

7. Carduus; lanceolatus; ferocior. *J. B.* 3. 58. *b.*

8. Carduus; vinearum; repens; folio ſonchi; *& Carduus, in avenâ proveniens. C. B. P.* 377. *Ceanothus. Col. Ecphr.* 1. 45. *Carduus, ſerpens, lævicaulis. J. B.* 3. 59. *Cirſium, arvenſe, ſonchi folio, radice repente, flore purpuraſcente. T.* 448. *Carduus vulgatiſſimus viarum. Ger. M. H.* 3. 156. *b.* †. *Flore purpureo.*

9. Carduus; vinearum; repens; folio ſonchi; flore albo. *C. B. P.* 377. *Var. b.* †.

10. Carduus; albis maculis notatus; vulgaris. *C. B. P.* 381. *M. H.* 3. 155. *Carduus, Marianus, ſive lacteis maculis notatus. J. B.* 3. 52. *Carduus leucographus. Dod. p.* 722. *a.*

11. Carduus; Mariæ; non maculatus. *M. H. Blæſ. a.*

12. Carduus; maculis albis notatus; exoticus. *C. B. P.* 381. *M. H.* 3. 155. *Carduus, lacteus, Syriacus. Camer.* 35. *Ic. X. Carduus, lacteus, peregrinus. Camerarii. J. B.* 3. 53. *Flore purpureo. Cnicus, albis maculis notatus, flore purpureo. T.* 450. *a.*

13. Carduus; maculis albis notatus; exoticus; flore albo. *H. R. P. Cnicus, albis maculis notatus, flore albo. T.* 451. *Carduus, leucographus, capitulis acutiſſimis, ferociſſimis, ſpinis eminentibus circumdatus. H. C. b.*

14. Carduus; galactites. *J. B.* 3. 54. *M. H.* 3. 154. *b.*

15. Carduus; humilis; alatus; ſive Carduus Mariæ; annuus; folio lituris obſcuris notato. *H. C. b.*

16. Carduus; nutans. *J. B.* 3. 56. *Carduus, alatus, major, flore rubro moſchato, capite nutante. M. H.* 3. 153. *b.*

17. Carduus; tomentoſus; acanthi folio; vulgaris. *T.* 441. *Spina alba,*

alba, tomentoſa, latifolia, ſylveſtris. C. B. P. 382. *Spina alba, ſylveſtris, Fuchſio. J. B.* 3. 54. *Acanthium. Dod. p.* 721. *Carduus alatus, tomentoſus, latifolius, vulgaris. M. H.* 3. 152. *b.* †.

18. Carduus; tomentoſus; acanthi folio, anguſtiore. *T.* 441. *Spina, tomentoſa, altera, ſpinoſior. C. B. P.* 382. *Carduus, quibuſdam dictus acanthium Illyricum, aliis verò onopordon. J. B.* 3. 55. *Onopordon. Dod. p.* 738. *Acanthium ſylveſtre, flore albo. H. Eyſt. Æſt.* 'o. 11. *F.* 7. *Fig.* 2. *Carduus, tomentoſus, Illyricus, procerior. M. H.* 3. 152. †. *b.*

19. Carduus; tomentoſus; acanthi folio; altiſſimus; Luſitanicus. *T.* 441. *Acanthium, altiſſimum, Luſitanicum. H. R. Par. M. H.* 3. 153. *Acanthium Luſitanicum. M. H. Blæſ. b.*

20. Carduus; tomentoſus; acanthi folio; Alepicus; magno flore. *T.* 441. *Acanthium, ex Alepo, caule alato, flore magno, cæruleo, cinaræ inſtar. H. Edinb. b.*

21. Carduus; Græcus; parvus; acanthi folio tomentoſo; flore minore. *T. Cor.* 31. *b.*

22. Carduus; Creticus; acanthi folio viridi, & glutinoſo; flore purpuraſcente. *T. Cor.* 31. *b.*

23. Carduus; eriocephalos. *Dod. p.* 723. *Carduus, capite tomentoſo. J. B.* 3. 27. *Carduus, capite rotundo, tomentoſo. C. B. P.* 382. *M. H.* 3. 155. *Carduus, tomentoſus, & corona fratrum. Lob. Obſ.* 482. *& Park. b.*

24. Carduus; folio & facie atractylidis; acarna. *Col.* 1. *Ic.* 23. *Acarna Theophraſti, acorna Plinio. Col.* 1. *Deſcr.* 26. *Carlina, patula, atractylidos folio & facie. T.* 500. *Carduus, cæruleus, procerior, ſpinis ternis, per intervalla foliorum marginibus donatus. M. H.* 3. 159. *H.*

25. Carduus; caneſcens; aculeis flaveſcentibus munitus. *Acarnæ ſimilis, flore purpureo, chamæleon Salmanticenſis Cluſii. J. B.* 3. 91. *Cnicus, polycephalus, caneſcens, aculeis flaveſcentibus munitus. T.* 451. *Chamæleon, Salmanticenſis. Cluſ. H.* CLV. *Acarna, major, caule folioſo. C. B. P.* 379. *H.*

26. Carduus; flore hyacinthino, umbellato. *Chamæleon, niger, umbellatus, flore cæruleo hyacinthino. C. B. P.* 381. *Chamæleon, niger, Cortuſi. Dod. p.* 729. *Carthamus, aculeatus, folio carlinæ, flore multiplici velut umbellato. T. C.* 33. *Carduus chamæleon dictus, capitulis pluribus, minoribus, cæruleis, corymbatim diſpoſitis. M. H.* 3. 159. *H.*

27. Carduus; humilis; aculeatus; ptarmicæ Auſtriacæ foliis. *Triumf.* 96. *Carduus, ſtellatus, foliis integris, flore purpureo. H. R. Par. Carduus, ſtellatus, leucoii lutei foliis. A. R. Par.* 69. *Carduus, leucoii folio. M. H. Blæſ. a.* Semina huic pappo carentia.

28. Carduus; mollior. *Cluſ. H.* CL. *b.*

29. Carduus; Creticus; tomentoſus; folio acanthi; flore magno, purpuraſcente. *T. C.* 31. *b.*

30. Carduus; Hiſpanicus; altiſſimus. *Salvad.*

31. Carduus; Orientalis; folio acanthi candidiſſimo; flore parvo, ſuaverubente. *T. C.* 31. *b.*

32. Carduus; leucographus; purpureus; capitulis acutiſſimis, ferociſſimis, ſpinis eminentibus ſubtus circumdatus. *H. C. Eſt flore albo. a.*

33. Carduus; paluſtris. *C. B. P.* 377. *Prodr.* 156. *Park. Carduus, polyacanthos, III. Ger. Carduus ſpinoſiſſimus, erectus, anguſtifolius, paluſtris. M. H.* 3. 153. *b.*

Cirsium. *T.* 447. 255.

Folia ſpinis molliuſculis & brevioribus cincta.

1. Cirſium; maximum; aſphodeli radice. *C. B. P.* 377. *Cirſium, maximum, foliis carnoſis, bulboſâ radice, fortè Lutetianum. J. B.* 3. 44. *M. H.* 3. 150. *Cirſium, maximum, montanum, incano folio, bulboſâ radice. Cluſ. H.* CXLIX.

2. Cirſium; Pannonicum; primum; pratenſe. *Cluſ. H.* CXLVIII. *Cirſium, anguſtifolium, non laciniatum. C. B. P.* 377. *M. H.* 3. 150. *Cirſium, Pannonicum, I Cluſio, folio non laciniato. J. B.* 3. 46. *Cirſium, maximum, capite parvo. Ind.* 51.

3. Cirſium; latiſſimum. *C. B. P.* 377. *Cirſium Dodonæi. Lugd.* 583.

4. Cirſium; majus; ſingulari capitulo magno; vel incanum variè diſſectum. *C. B. P.* 377. *M. H.* 3. 149. *Cirſium Anglicum. Lob. Obſ.* 314. *Ic. &* 315. *Deſcr. Cirſium Anglicum, II. Cluſ. H.* CXLVII. *Cirſium Anglicum, radice hellebori nigri modo fibroſâ, folio longo. J. B.* 3. 45. *Cirſium Anglicum. Lugd.* 584. *Cirſium, majus, folio ſubtus incano. Ind.* 51.

5. Cirſium; ſingulari capitulo ſquamato; vel incanum alterum. *C. B. P.* 377. *Cirſium, radice aſphodeli, folio lato & lucido. Ind.* 51. *Cirſium Britannicum, repens, foliis majoribus, ſubtus incanis. M. H.* 3. 149.

6. Cirſium; ſingularibus capitulis parvis. *C. B. P.* 277. *Cirſium, III, & montanum, I. Cluſ. H.* CXLIX. *Cirſium, aliud, Dodonæi. Lugd.* 583.

7. Cirſium; acanthoïdes; montanum; flore flaveſcente. *T.* 448. *Eriſithales. Lugd.* 1094. *Carduus, pratenſis, foliis tenuibus, laciniatis. C. B. P.* 376.

8. Cirſium; latifolium; flore flaveſcente in capitulo folioſo. *Carduus, pratenſis, latifolius. C. B. P.* 376. *Acanthus ſylveſtris. Lugd.* 1443. *Carduus pratenſis, Tragi. J. B.* 3. 43. *Cnicus, pratenſis, acanthi folio, flore flaveſcente. T.* 450.

9. Cirſium; maculis argenteis notatum. *T.* 448. *Carduus, leucographus, ſeu Mariæ, hirſutus, capitulo minore. M. H. R. Blœſ. a.*

Ci-

CINARA. *T.* 442. 253.

Finis pedunculi explicatur primô in corpus ſquamoſiſſimum, denſiſſimè compactum. Malp. An. Pl. 41. 123. *A. cujus dein ſquamæ ingentes B. E. latè explicantur, parte inferiori carnoſæ, edules; intra has*

Diſcus carnoſus, craſſus, edulis. Malp. An. Pl. 45. 155. *E. E. E. cui innaſcuntur caliculi.* 45. 153. 45. 155. *F. D. intra hos ovaria C. Ibid. quorum apici aculeato innaſcuntur flores monopetali, tubuloſi.* 45. 155. *exteriores, magni, ſteriles. Ib. D. interiores monopetali, tubuloſi, ſtaminibus & tubâ inſtructi. Id. Ib.* 48. 182.

1. Cinara; hortenſis; foliis non aculeatis. *C. B. P.* 383. *Carduus domeſticus, capite majore, cum ſquamis diſpanſis, viridibus. M. H.* 3. 157. *Carduus, ſive ſcolymus ſativus, non ſpinoſus. J. B.* 3. 48. *Cinara. Dod. p.* 724. *H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 6. *Fig.* 1. *Artiſchochi fructus. H. Eyſt. Aut. o.* 4. *F.* 4. *F.* 1. Foliis quandoque aculeatis horridis, aliâs mitioribus, quin & aliquando ſpinâ omni deſtitutis.

2. Cinara; ſpinoſa; cujus pediculi eſitantur. *C. B. P.* 383.

3. Cinara; hortenſis; non aculeata; capite ſubrubente. *H. R. Par.*

4. Cinara hortenſis; aculeata. *C. B. P.* 383. *Carduus, ſive ſcolymus ſativus, l, ſpinoſus. J. B.* 3. 48.

5. Cinara Bætica.

6. Cinara; ſylveſtris; Bætica. *Cluſ. Cur. Poſt. in fol.* 35. *Carduus Tingitanus, flore magno cæruleo, folio atractylidis diviſurâ ſubincano, ſpinis durioribus horridis. Plukn. Phyt.* 81. 2. *M. H.* 3. 158.

CARTHAMUS. *T.* 457. 258.

Semen omni pappo carens.

1. Carthamus; officinarum; flore croceo. *T.* 457. *Carthamus, ſive Cnicus. J. B.* 3. 79. *Cnicus ſativus, ſive Carthamum officinarum. C. B. P.* 378. *M. H.* 3. 145. *Cnicus vulgaris. Cluſ. H.* CLII. *Cnicus ſativus. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 3. *Fig.* 1. *a.*

2. Carthamus; Africanus; fruteſcens; folio ilicis; flore aureo. *H. R. D.*

3. Carthamus; aculeatus; carlinæ folio; flore multiplici, velut umbellato. *T. C.* 33. *Vid. Card.*

CNICUS. *T.* 450. 257.

Capitula ſuccincta coronâ ex foliis plurimis complicatis conſtructâ.

1. Cnicus; perennis; cæruleus; Tingitanus. *H. L. Carduus cæruleus, erectus, Tingitanus, Cnici facie, foliis magis integris. M. H.* 3. 159. *H.*

2. Cnicus; atractylis lutea dictus. *H. L. Atractylis lutea. C. B. P.* 379. *Atractylis vera, flore luteo. J. B.* 3. 83. *Atractylis. Dod. p.* 736. *Atractylis, Theophraſti & Dioſcoridis, ſucco ſanguineo. Col.* 1. 19. & 23. *Ic. Carduus luteus, erectus, reticulatus, ramis fuſum referentibus. M. H.* 3. 160. *a.*

3. Cnicus; atractylis purpurea dictus. *Actractylis purpurea. C. B. P.* 379. *Atractylis, flore purpureo. Lugd.* 1468. *Cnicus, aculeatus, purpureus, humilior. T.* 451. *a.*

4. Cnicus; exiguus; capite cancellato; ſemine tomentoſo. *T.* 451. *Carduus parvus. J. B.* 3. 93. *Carduus, minimus. Alpini. Exot.* 254. *a.*

5. Cnicus; ſylveſtris; hirſutior; ſive Carduus benedictus. *C. B. P.* 378. *Carduus benedictus. J. B.* 3. 75. *Dod. p.* 737. *H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 8. *Fig.* 2. *Carduus luteus, procumbens, ſudorificus, & amarus. M. H.* 3. 160. *a.*

6. Cnicus; ſive Carduus benedictus; ex Chio. *Volk. a. Foliis hæc latioribus, magiſque carnoſis, cætera præcedenti ſimillima herba.*

7. Cnicus; Hiſpanicus; arboreſcens; fœtidiſſimus. *T.* 451. *H.*

8. Cnicus; cæruleus; humilis; & mitior. *T.* 451. *Eryngium minimum, mitius, capitulo magno. H. R. Par. H.*

9. Cnicus; cæruleus; aſperior. *C. B. P.* 378. *T.* 456. *Carthamus, ſive Cnicus, flore cæruleo. J. B.* 3. 80. *Cnicus flore cæruleo, Cnicus alter Cluſii. Lob. Ic.* 19. *Cnicus peregrinus, flore cæruleo. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 5. *F.* 3. *Carduus erectus, cæruleus, Cnici facie, foliis diſſectioribus. M. H.* 3. 159.

JACEA HERMANNI. *Flor.* 2. 40. *Raj. Meth.*

Folia, cauleſque, ſpinis carentia.
Folia marginibus æqualibus, non ſerratis.

1. Capitulis ſpinoſis. Carduis adſcribit. T. 440. 441. 442.

1. Jacea; ſtellata; folio papaveris erratici. *H. L. Flor.* 2. 40. *Carduus, ſtellatus, folio papaveris erratici. C. B. P.* 387. *Carduus ſtellatus, ſive calcitrapa. J. B.* 3. 89. *T.* 440. *Carduus ſtellatus. Dod. p.* 733. *Hippophæſtum, vel Hippophaës, Dioſcoridis. Col. Phyt.* 107. *Jacea ramoſiſſima, capite longis aculeis ſtellatim naſcentibus armato. M. H.* 3. 144. *b.*

2. Ja-

2. Jacea; ſtellata; ſpina ſolſtitialis dicta; foliis cyani. *Flor.* 2. 40. *Jacea, lutea, capite ſpinoſo, minori. H. L. Carduus, ſtellatus, luteus, foliis cyani. C. B. P.* 387. *T.* 440. *Spina ſolſtitialis. Dod. p.* 734. *J. B.* 3. 90. *Spina ſolſtitialis, mitior, Apula, ſive carduus ſtellatus, minor. Col.* 1. 30. 31. *Jacea lutea, annua, ſtellata, & alata, foliis cyani. M. H.* 3. 145. *a.*

3. Jacea; Melitenſis; capitulis conglobatis. *Bocc. Rar. Sic.* 65. *M. H.* 3. 145. *Carduus, Melitenſis, capitulis conglobatis. T.* 442. *a.*

4. Jacea; Sicula; cichorii folio; flore luteo; capite ſpinoſo. *Bocc. Rar. Sic.* 14. *M. H.* 3. 144. *Jacea, Sicula, erucæ folio, echinata. A. R. Par.* 87. *Carduus, Melitenſis, erucæ folio, flore luteo. T.* 442. *a.*

5. Jacea; lutea; ſpinoſa; centaurioïdes. *C. B. P.* 272. *M. H.* 3. 144. *Jacea, major, flore luteo. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 4 *Fig.* 1. *Jacea lutea. Cluſ. H.* VIII. *Carduus, luteus, centaurioïdes, ſegetum. T.* 441. *Spina, ſolſtitialis, altera. Dod. p.* 134. *Centaurium collinum, ſive Jacea ſpinoſa, flore luteo. J. B.* 3. 34.

6. Jacea; ſpinoſa; alato caule; capite lanuginoſo. *Carduus, Luſitanicus, caneſcens, alato caule, capite lanuginoſo. T.* 441. *a.*

7. Jacea; laciniata; ſonchi folio. *Sive Jacea, latifolia, purpurea, capitulo ſpinoſo. C. B. P.* 272. *Prodr.* 128. *Deſcr. H. L.* 675. *M. H.* 3. 142. *Carduus, maritimus, caneſcens, alato caule. T.* 441.

8. Jacea; ſpinoſa; Cretica; an ſpecies hyoſiridis Plinii? *Zan.* 105. *Cyanus, Creticus, ſpinoſus, rapi folio. H. R. Par. Carduus, Creticus, rapi folio. T.* 442. *a.*

9. Jacea; ſphærocephala; ſpinoſa; Tingitana. *H. Edinb. H. L.* 335. *M. H.* 3. 143. *Carduus, ſphærocephalus, Tingitanus. T.* 441. *H.*

10. Jacea; cyanoïdes; caule alato. *Par. Bat.* 189. *Ic. & Deſcr. Jacea, cyanoïdes, altera, alato caule. Vall. H. R. Par. M. H.* 3. 143.

11. Jacea; cyanoïdes; echinato capite. *C. B. P.* 272. *M. H.* 3. 143. *Stœbe, Salmantica, II. Cluſ. H.* IX. *Cyanoïdes flos. Dod. p.* 251. *Flore purpureo. a.*

12. Jacea; cyanoïdes; echinato capite. *C. B. P.* 272. *Var. Flore albo. a.*

13. Jacea; foliis ſeridis candicantibus; purpurea *C. B. P.* 372. *Carduus, Hiſpanicus, purpureus, foliis cichorei. T.* 442. *Jacea, purpurea, Hiſpanica, muricata. J. B.* 3. 33. *a.*

14. Jacea; ſtellata; folio papaveris erratici. *H. L. Flore albo. a.*

15. Jacea; Orientalis; ſpinoſa; folio eryſimi; flore luteo. *Carduus Orientalis, folio eryſimi, flore luteo. Niſſole. a.*

16. Jacea; cum ſpinoſis capitulis; purpurea; tenuifolia. *J. B.* 3. 33. *Stœbe, ſquamis aſperis. C. B. P.* 273. *Carduus, Jaceæ folio, capitulis minoribus cum ſquamis tricuſpidibus. T.* 442. *a.*

17. Jacea; minor; folio hieracii; capite ſpinoſo. *Barr. Ic.* 160. *Videtur eadem* 15. *a.*

18. Jacea; qui carduus pumilus; ſupinus; folio Jaceæ incano, & tenui. *Barr. Obſ.* 919. *a.*

19. Jacea; qui carduus; ſtellatus; luteus; capitulo minus ſpinoſo. *H. R. Par. T.* 440. *Spina ſolſtitialis, mitior, Apula. Col.* 1. 31. *a.*

2. Spinis vel nullis omninô, vel mollibus parvis admodum. Jacea. *T.* 443.

20. Jacea; arborea; argentea; Raguſina; item ſpecies hyoſiridis. *Zan* 107. *Jacea, Epidaurica, candidiſſima, & tomentoſa. T.* 445. *Jacea Cretica, lutea, foliis cinerariæ. Dod. M. H.* 3. 141. *H.*

21. Jacea; Luſitanica; ſempervirens. *H. R. Par. M. H.* 3. 139. *Jacea, Luſitanica, maxima, ſempervirens. A. R. Par.* 85. *Jacea, maxima, Luſitana. Virid. Luſitan. H.*

22. Jacea; nigra; pratenſis; latifolia. *C. B. P.* 271. *M. H.* 3. 139. *Jacea, nigra, vulgaris, capitata, & ſquamata. J. B.* 3. 27. *Jacea, nigra, flore purpureo. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 5. *Fig.* 2. †.

23. Jacea; latifolia; capite hirſuto. *C. B. P.* 271. *Jacea, IIII, Auſtriaca, villoſo capite. Cluſ. H.* VII.

24. Jacea; nigra; laciniata. *C. B. P.* 271. *Jacea, Auſtriaca, VI. Cluſ. H.* VII. *M. H.* 3. 139. *Jacea nigra. Dod. p.* 124. †.

25. Jacea; major. *Ger. Jacea, rubra, latifolia, laciniata. C. B. P.* 269.

26. Jacea; humilis; purpurea; folio laciniato parum, cinereo. *Videtur Jacea, integrifolia, humilis. C. B. Prodr.* 127. *Deſcr. C. B. P.* 271. *M. H.* 3. 139.

27. Jacea; montana; Narbonenſis. *Lob. Obſ.* 293. *Lugd.* 1193.

28. Jacea; montana; incana; capite pini. *C. B. P.* 272. *M. H.* 3. 141. *Jacea, montana, capite magno ſtrobyli. J. B.* 3. 30. *Jacea, montana, acanophora. Lugd.* 1192. *Centaurium majus, incanum, humile, capite pini. T.* 449. *H.*

29. Jacea; cinerea; laciniata; flore purpureo. *Triumf.* 72. *M. H.* 3. 141. *H.*

30. Jacea; montana; candidiſſima; ſtœbes foliis. *C. B. P.* 272. *Prodr.* 128. *Ic. & Deſcr. Jacea, montana, candidiſſima. M. H.* 3. 141. *H.*

31. Jacea; foliis cichoraceis, villoſis; altiſſima; flore purpureo. *T.* 444. *Stœbe major, foliis cichoraceis, mollibus, lanuginoſis. C. B. P.* 273. *Stœbe, Salmanticenſis, prior Cluſii, ſive Jacea intybacea. J. B.* 3. 36. *Stœbe Salmantica, I. Cluſ. Hiſt.* IX. *Jacea, major, foliis cichoraceis, mollibus, flore ſtamineo. M. H.* 3. 140. *a.*

32 Jacea; foliis cichoraceis, villoſis; altiſſima; flore albo. *T.* 444. *Stœbe, major, foliis cichoraceis, mollibus, lanuginoſis, flore albo. H. R. Par. a.*

33. Jacea; foliis cichoraceis; altiſſima; aſpera; Mauritanica. *Stœbe, foliis cichoraceis, aſperiuſculis, Mauritanica, flore purpureo. Par. Bat. Prodr.* 378. *a.*

34. Ja-

34. Jacea; caliculis argenteis; major. *T.* 444. *Stœbe, caliculis argenteis. C B. P.* 273. *Stœbe, ſquamata, argentea. J. B.* 3. 30. *Stœbe, Salmantica, III. Cluſ. H.* x. *Jacea, non ſpinoſa, foliis magis diviſis, elatior, capitulis ſplendentibus. M. H.* 3. 140. *H.*

35. Jacea; foliis candicantibus, laciniatis; caliculis non ſplendentibus. *T.* 444. *Stœbe, major, caliculis non ſplendentibus. C. B. P.* 273. *Centaurii majoris ſpecies, tenuifolia. J. B.* 3 31. *Jacea alba. Lugd.* 1192. *Jacea, non ſpinoſa, foliis magis diſſectis, elatior, capitulis minoribns, non ſplendentibus. M. H.* 3. 140. *H.*

36. Jacea; Orientalis; cyani folio; flore parvo; calice argenteo. *T. C.* 32. *a.*

37. Jacea; foliis erucæ, lanuginoſis. *T.* 444. *Stœbe, major, foliis erucæ mollibus, lanuginoſis. C. B. P.* 273. *Stœbe, Salmantica, II. Cluſ. H.* ix. *Jaceæ genus, ſtœbe Salmantica, foliis mollibus, lanuginoſis, caule infirmo. J. B.* 3. 30. *H.*

38. Jacea; cyanoïdes; caule alato. *Lippii. a.*

39. Jacea; montana; ſaxatilis; argentea; pennato, auriculato, acuto, folio; capitulis nigris, dilutê purpureis. *H. C.* 101. *a.*

40. Jacea; folio eleganter laciniato, albo. *a.*

41. Jacea; Orientalis; folio cyani; flore parvo; calice argenteo. *T. C.* 32. *a.*

Centaurium Majus. *T.* 444. 256.

Radix perennis.
Folia non ſpinoſa, ſerrato margine.
Calix non ſpinoſus, ſquamoſus.
Flos magnitudine ſpecioſâ.

1. Centaurium; majus; Orientale; erectum; glaſti folio; flore luteo. *T. Cor.* 32. *Commel. Rar.* 39. *Ic. & Deſcr.*

2. Centaurium; majus; folio helenii incano. *T.* 449. *Centaurium majus, Rha capitatum, folio enulæ ſubtus hirſuto, & incano. J. B.* 3. 41. *M. H.* 3. 132. *Rhaponticum, folio helenii incano. C. B. P.* 117. *Rha, capitatum, helenii folio. Lugd.* 1700. *Rha, ſive Rhei, ut æſtimatur. Icon. Dod. p.* 389.

3 Centaurium; majus; folio helenii, anguſtiore. *T.* 449. *Rhaponticum, anguſtifolium, incanum. C. B. P.* 117. *Centaurium, majus, alterum, capitatum, anguſtiore, incano, & integro folio. M. H.* 3. 132. *Rha, Ponticum, alterum, anguſtiore folio. Lobel. Lugd.* 1701.

4. Centaurium; majus; Alpinum; luteum. *C. B. P.* 117. *Prodr.* 56. *M. H.* 3. 132. *Centaurioïdes, folio glabro, flore flaveſcente. J. B.* 3. 40. *Centaurium majus, luteum. Corn.* 70.

5. Centaurium; folio cinaræ. *Corn.* 72. *Centaurium, majus, foliis cinaræ. M. H.* 3. 131.

6. Cen-

6. Centaurium; majus; folio in lacinias plures diviſo. *C. B. P.* 117. *Centaurium magnum. Dod. p.* 334. *Centaurium, majus, I, vulgare. Cluſ. H.* x. *Centaurium majus, juglandis folio. J. B.* 3. 38. *M. H.* 3. 131. *Rha, Ponticum, officinarum. J. B.* 3. 38.

7. Centaurium; majus; flore exalbido. *Ind.* 54. *An Centaurium majus, folio nucis juglandis, flore obſoletè incarnato. Par. Bat. App.* 5?

8. Centaurium; majus; alterum; laciniatum; purpuraſcente flore. *H. R. Par.*

9. Centaurium; majus; folio molli, acuto, laciniato; flore aureo, magno; calice ſpinoſo. *Jacea, lævis, maxima, centaurioïdes, Apula. Col.* 1. 33. *H.*

SERRATULA. *Raj. Meth.* 40.

Foliorum margines magis ſerrati & minutius.
Capitulis minoribus Centaurii majoris.

1. Serratula. *C. B. P.* 235. *J. B.* 3. 23. *Dod. p.* 42. *Serratula Tinctoris. H. Eyſt. Æſt. o.* 11. *F.* 4. *Fig.* 2. *Jacea nemorenſis, quæ Serratula vulgò. T.* 444. *Serratula, vulgaris, foliis laciniatis. M. H.* 3. 133.

2. Serratula; flore candido. *C. B. P.* 235. *Jacea nemorenſis, quæ Serratula vulgò, flore albo. T.* 444.

3. Serratula; Virginiana; foliis rigidis. *Par. Bat.* 227. *Ic. & Deſcr. M. H.* 3. 133.

4. Serratula; Noveboracenſis; altiſſima; foliis doriæ mollibus, ſubincanis. *Par. Bat. Prodr. M. H.* 3. 133.

Semine coronâ pilosâ elegantiſſimè coronato.

5. Serratula; annua; ſemine ciliari elegantiſſimo. *Jacea, annua, foliis laciniatis, ſerratis, purpuraſcente flore. T.* 444. *Cyanus, pulchro ſemine centaurii majoris. J. B.* 3. 24. *Centaurium, capitatum, ciliare, annuum, foliis laciniatis, ſerratis. M. H. Blœf.* 362. *Chondrilla, foliis laciniatis, ſerratis, purpuraſcente flore. C. B. P.* 130. *Senecio-Carduus, Apulus. Col.* 1. 34. *Centaurium, ciliare, annuum, foliis laciniatis, & ſerratis. M. H.* 3. 131. *a.*

CYA-

CYANUS. *T.* 445. 254.

Finis pedunculi exit in calicem ſquamoſum valde, lateribus ſquamarum piloſis. Malp. An. Pl. 41. 121. *Intra hunc*

Diſcus fere planus, fungoſus. Malp. An. Pl. 45. 154. *B. Huic innaſcuntur*

Ovaria oblonga, ferè cylindrica, ſuperius annulo cincta, unde pili lanuginoſi erecti. Id. Ib. F. G. Intra hos pilos ovario innaſcitur

Flos in exteriori margine magnus, tubuloſus, in cornu copiæ exiens. Id. Ib. C. D. Hi ſteriles, tubâ & ſtaminibus carentes ferè ſemper. Flores interiores minores, tubuloſi, ſupra exeuntes in ventrem orâ quinquefidâ. Id. Ib. G. H. Ex pariete interno floris inferiore ſtamina in tubam coëuntia, atque arctè amplectentia longam tubam, bifido apice inſtructam, ex centro apicis ovarii enatam. Id. Ib. I. & 48. 181.

Floſculi ambitum conſtituentes floris majoris ſunt majores, monopetali, veluti bilabiati.

Floſculi meditullium occupantes minores, atque æqualiter diviſi.

1. Cyanus; montanus; latifolius; vel verbaſculum cyanoïdes. *C. B. P.* 273. *Cyanus, Alpinus, radice perpetuâ. J. B.* 3. 23. *M. H.* 2. 134. *Cyanus major. Dod. p.* 251. *H. Eyſt. Vern. o.* 7. *F.* 6. *Fig.* 2.

2. Cyanus; anguſtiore folio & longiore; Belgicus. *H. R. Par. M. H.* 3. 134.

3. Cyanus; floridus; odoratus; Turcicus; ſive Orientalis; major. *Park. Theatr.* 481. *M. H.* 3. 134. *Flore purpureo. a.*

4. Cyanus; floridus; odoratus; Turcicus; ſive Orientalis; major; flore albo. *H. R. Par. M. H.* 3. 134. *a.*

5. Cyanus; floridus; odoratus; Turcicus; ſive Orientalis; major; flore incarnato. *H. L. a.*

6. Cyanus; floridus; odoratus; Turcicus; ſive Orientalis; major; flore luteo. *H. L. a.*

7. Cyanus; ſegetum; flore cæruleo. *C. B. P.* 273. *Cyanus, hortenſis, flore ſimplici. C. B. P.* 273. *Cyanus. J. B.* 3. 21. *Papaver, Heracleum, Theophraſti & Dioſcoridis. Col. Phytob.* 93. *Cyanus, arvenſis, flore cæruleo. H. Eyſt. Æſt. o.* 7. *F.* 7. *Fig.* 1. *Cyanus, ſegetum, vulgaris, minor, annuus. M. H.* 3. 134. *a.* †.

8. Cyanus; ſegetum; flore albo. *C. B. P.* 273. *H. Eyſt. Æſt. o.* 7. *F.* 7. *Fig.* 3. *a.* †.

9. Cyanus; ſegetum; flore purpureo. *C. B. P.* 273. *H. Eyſt. Ibid. Fig.* 4. *a.* †.

10. Cyanus; ſegetum; flore incarnato. *C. B. P.* 273. *H. Eyſt. Ibid. Fig.* 2. *a.* †.

11. Cyanus; ſegetum; flore violaceo. *C. B. P.* 273. *a.* †.

12. Cyanus; ſegetum; flore rubro. *H. Eyſt. Ibid. Fig.* 5. *a.* †.

13. Cyanus; ſegetum; flore albo, fundo immaculati candoris. *H. R. Par. a.* †.

14. Cyanus; ſegetum; flore ex albo violaceo. *Tabern. Ic.* 148. *a.* †.

15. Cyanus; ſegetum; flore albo, umbilico cæruleo, violaceo, purpureo. *H. Eyſt. Ibid. Fig.* 6. *a.* †.

16. Cyanus; ſegetum; flore albo, fundo purpureo. *C. B. P.* 273. *H. Eyſt. Ibid. Fig.* 7. *a.* †.

17. Cyanus; ſegetum; flore albo, fundo carneo. *H. R. Par. a.*

18. Cyanus; ſegetum; flore albo, fundo atropurpuraſcente. *H. R. Par. a.*

19. Cyanus; hortenſis; flore pleno, cæruleo. *C. B. P.* 274. *a.*

20. Cyanus; hortenſis; flore pleno, purpureo. *C. B. P.* 274. *a.*

21. Cyanus; hortenſis; flore pleno medio, purpureo. *C. B. P.* 274. *a.*

22. Cyanus; fruteſcens; Hiſpanicus.

Lappa. *T.* 450. 256.

Folia maxima, orbicularia.
Squamæ capitulorum in mucrones hamatos deſinunt.

1. Lappa; major; arctium Dioſcoridis. *C. B. P.* 198. *M. H.* 3. 146. *Perſonata, ſive Lappa major, vel Bardana. J. B.* 3. 570. *Bardana, ſive Lappa major. Dod. p.* 38. *b.* †.

2. Lappa; major; montana; capitulis tomentoſis; ſive arctium Dioſcoridis. *C. B. P.* 198. *M. H.* 3. 147. *Perſonata, altera, cum capitulis villoſis. J. B.* 3. 571. *b.* †.

GYMNODISPERMÆ, STELLATÆ.

His caules quadranguli.

Folia ad nodos caulium, inſtar radiantis ſtellæ, per intervalla circumnata, caules coronant.

Finis pedunculi ovarium ſuſtinet, quod conſtat binis ovis ſubrotundis, arctê concretis, ſed per maturitatem ſeparandis: emittit medium apicis ovarii duas tubas breves, apice ſcabro, rotundulo, inſtructas.

Flos hermaphroditus, nudus, monopetalus, ovarii apici innatus, abſque caliculo, parte inferiori utcunque tubuloſus, ſuperiori quadrifariam in quatuor ſegmenta, acuta, ſtellatim expanſa, profundê ſectus, rarô in quinque: ſtamina reſpondentia numero ſegmentorum, oriuntur vel ex interiori tubuloſâ parte, ſi hæc paulô major, vel ex ipſis interſtitiis ſegmentorum ſuprâ in flore, ſi pars tubuloſa brevior, vel deficiens.

Itaque caules quadrati, folia verticillatim nata, flos monopetalus, faciunt, ut verticillatis, quam umbelliferis gymnodiſpermis, propior gens hæcce cenſeatur, & gentilitii characteris caſtê obſervans.

Rubia. *T.* 113. 38.

Folia aſpera.

Fructus conſtat binis baccis ſuccolentis, fœtis ſemine umbilicato. Malp. An. Pl. 69. 282.

1. Rubia; Tinctorum; ſativa. *C. B. P.* 333. *M. H.* 3. 326. *Rubia ſativa. J. B.* 3. 714. *Rubia. Dod. p.* 352. *Rubia major. Cluſ. H.* CLXXVII.

2. Rubia; ſylveſtris; aſpera; quæ ſylveſtris Dioſcoridi. *C. B. P.* 333. *M. H.* 3. 326. *H.*

3. Rubia; ſylveſtris; Monſpeſſulana; major. *J. B.* 3. 715. *H.*
4. Rubia; quadrifolia; aſperrima, lucida; peregrina. *H. L. H.*

Mollugo. *C. B. P.* 334.

Folia mollia, quina, vel plura, nec aſpera, nec villoſa. Fructus conſtat binis ſeminibus ſiccis lunatis.

1. Mollugo; montana; latifolia; ramoſa. *C. B. P.* 334. *Mollugo. Dod. p.* 354. *Cluſ. H.* CLXXVI. *Rubia, ſylvatica, lævis. J. B.* 3. 716. *Gallium, montanum, latifolium, ramoſum. T.* 115. *Mollugo, montana, latifolia, erectior. M. H.* 3. 330.
2. Mollugo; hexaphyllos; latifolia; caule firmiori, rubello, tenui; flore albo. *Rubia, Pyrenaïca, folio Molluginis. Tourneſ. Flor.* 2. 58. *Ind.* 56. *H.*
3. Mollugo; Americana; folio parietariæ. *Vaill. Anonymos Americana, foliis parietariæ ſcabris, floribus albis, ad foliorum ortum vix conſpicuis. Plukn. Phyt.* 136. 4. *a.*

Gallium. *C. B. P.* 335.

Folia molliora adhuc. Cætera ut Mollugini.

1. Gallium; luteum. *C. B. P.* 335. *T.* 115. *M. H.* 3. 327. *Gallium verum. J. B.* 3. 720. *Gallium. Dod. p.* 355. †.
2. Gallium; ſaxatile; glauco folio. *Bocc. Muſ. Part.* 2. *Tab.* 116. *T.* 115. *Gallium, ſaxatile, glabro folio. Bocc. Muſ. Part.* 2. *pag.* 172. *H.*
3. Gallium; rubrum. *C. B. P.* 335. *M. H.* 3. 332. *Gallium, rubro flore. Cluſ. H.* CLXXV. *H.*
4. Gallium; nigro-purpureum; montanum; tenuifolium. *Col* 1. 298. *a.*
5. Gallium; album; linifolium. *Barr. Obſ.* 99. *Rubia lævis, lini folio, floribus albis. Barr. Ic.* 356. *H.*

Cruciata. *T.* 115. 39.

Folia mollia, ut Gallio, quaterna ad eundem caulis nodum poſita, cætera Molluginis.
Sunt verò 1. *Floribus naſcentibus in ſummitate caulium. Spicatæ dictæ.*

1. Cruciata; glabra; folio nervoſo, rigido; baccâ gemellâ, ſiccâ, hiſpidâ; flore lacteo. *Rubia erecta, quadrifolia. J. B.* 3. 716. *Mollugo montana, erecta, quadrifolia. Raj. Syn.* 117.
2. Cruciata; glabra; folio rotundiore, nervoſo, rigido, minori; bac-

câ gemellâ, ſicca; flore lacteo. *In appellatione, deſcriptione, & ſynonymiâ, harum Plantarum tricas offendi, ex quibus me expedire non potui: vix ideô auſus Auctorum nomina addere.*

3. Cruciata; paluſtris; parva; procumbens; flore albo ſpicato. *An Cruciata, paluſtris, alba. T.* 115? *Gallium paluſtre album. C. B. P.* 335.

4. Cruciata; glabra. *C. B. P.* 335.

5. Cruciata; Orientalis; latifolia; erecta; glabra. *T. Cor.* 4. *H.*

2. Floribus caulem ambientibus. Verticillatæ dictæ.

1. Cruciata; minima; ſeſſilis; floſculo albo verticillato. *An Cruciata, minima. T.* 115?

2. Cruciata; anguſtifolia; floſculo luteo, verticillato. *Rubeola, repens, lutea, foliis ſpinoſis. C. B. P.* 334. *Rubia, minima, Lobelii. Lugd.* 1330. †.

3. Cruciata; tomentoſa; floſculis luteis in corniculis longis, hiſpidis. *a.*

Asperula. *C. B. P.* 334.

Folia numero incerta, quatuor plura.

Flores in faſtigio caulium in formam umbellæ diſpoſiti.

Fructus ſiccus, conſtans binis globulis, fœtis ſemine umbilicato.

1. Aſperula; hexaphyllos; purpurea. *C. B. P.* 334. *J. B.* 3. 720. *Myagrum, alterum, minus, Dalechampii. Lugd.* 1137. *Rubia, procumbens, hexaphyllos, purpurea. H. L. a.*

2. Aſperula; odorata; flore albo. *Dod. p.* 355. *M. H.* 3. 331. *Aſperula, ſive rubeola, montana, odora. C. B. P.* 334. *Rubia, montana, odora. H. L. Rubiis accedens, Aſperula quibuſdam, ſive hepatica ſtellaris. J. B.* 3. 719. *Aparine, latifolia, humilior, montana. T.* 114.

3. Aſperula; erecta; cærulea. *Aſperula, cærulea, arvenſis. C. B. P.* 334. *M. H.* 3. 332. *Rubia, cærulea, erectior, elatiorve. J. B.* 3. 719. *Gallium, arvenſe, flore cæruleo. T.* 115. *Aſperula cærulea. Dod. p.* 355. *a.*

4. Aſperula; erecta; alba. *Rubia, alba, erectior, elatior-ve. Flor.* 2. 59. *a.*

5. Aſperula; cærulea; repens. *Rubeola, arvenſis, cærulea, repens. C. B. P.* 334. *Prodr.* 145. *M. H.* 3. 332. *Rubeola, parva, flore cæruleo, ſe ſpargens. J. B.* 3. 719. *Aparine, ſupina, pumila, flore cæruleo. T.* 114. *a.*

6. Aſperula; Italica; paluſtris; aſpera; octophyllos.

APARINE. *T.* 114. 39.

Radix annua.
Folia, & caules, aſpera valde, numero incerta.
Flores ſparſim naſcentes.

1. Aparine; vulgaris. *C. B. P.* 334. *Aparine. Dod. p.* 353. *J. B.* 3. 713. *M. H.* 3. 331. *a.* †.
2. Aparine; minor; atrovirens; ſemine minore. *a.*
3. Aparine; ſemine lævi. *T.* 114. *Aparine, ſemine læviori. Raj. H.* 484. *Aparine, foliis brevioribus, & ſemine læviore. M. H.* 3. 332. *a.*
4. Aparine; ſemine coriandri ſaccharati. *Park. Theatr.* 567. *Aparine, fructu verrucoſo. Joncq. Hort. Aparine, ſemine verrucoſo. M. H.* 3. 332. *a.*
5. Aparine; maxima; ſemine ſphærico, glaberrimo. *a.*

RUBEOLA. *T.* 130. 50.

Folia quaterna, vel plura.
Flos monopetalos, infundibuliformis, quadrifidus, Ovario vel uni vel gemino inſidens.
Ovarium verò ipſe fit fructus diſpermos.

1. Rubeola; latiore folio. *T.* 130. *Rubia, latifolia, ſpicata. C. B. P.* 334. *Rubia, ſpicata. Imperat.* 666. *J. B.* 3. 727. *Rubia, ſpicata, Cretica. Cluſ. H.* CLXXVII. *Pſeudo-rubia, latifolia, ſpicata. M. H.* 3. 333. *a.*
2. Rubeola; anguſtiore folio. *T.* 130. *Rubia, anguſtifolia, ſpicata. C. B. P.* 334. *Prodr.* 145. *Pſeudo-rubia, ſpicata, anguſtifolia. M. H.* 3. 333. *a.*



GYM-

GYMNOTETRASPERMÆ, VERTICILLATÆ.

Omnes ferê aromaticæ, calidæ, ſuavi, vel graveolenti, halitu manifeſtæ.

Caules plerumque quadranguli.

Folia ad caulem oppoſito ſitu conjugata, ſequente ſerie verſum contrarium ſemper obtinente ita, ut deſuper conſpicienti ad decuſſim compoſita appareant.

Calix florum oblongus, monophyllos, quinquefidus, tubulum, vel cucullum chartaceum, referens ita, ut plerumque ſegmentum ſupremum cæteris ſit longius.

Flores monopetali, imâ parte tubulum ſimulante, ſummâ verô multifidâ, exeunt in varias admodum figuras, ut plurimum in quatuor partes, quarum ſuperior & erectior galea, *vel* labium ſuperius, *inferior & propendens* labium inferius *vel* barba, *binæ laterales* genæ *vel* fauces *appellantur. Ex interiore, inferiore, tubuloſâ, parte floris orta ſemper quatuor ſtamina, inſtructa ſuis teſticulis, connivent, intra floris galeam labiumque tecta latent, tubamque ovarii arctê circumappoſita hærent.*

Hi flores calicibus innexi, & margini ovarii in imo fundo calicis adnati, caulem ad nodos coronant verticilli modo per intervalla, ita tamen, ut in quibuſdam intervalla hæc adeô confertim coëant, ut ſpicam imitentur, in quibuſdam ab umâ modô parte.

In fundo calicis, ex apice pedunculi, enaſcitur placentula fungoſa, cui ovarium innaſcitur conſtans quatuor ſemper ovis, arctê connexis; ex centro apicis placentæ tuba erigitur,

inter

inter unita quatuor ova assurgens, longa, apice acuto bifido prædita, qui apex sollicitè inter quatuor testiculos staminum absconditur, dum flos clausus, postea verò altius eminet; ova in fundo calicis tanquam in vasculo matureſcunt.

Ordo integer harum Plantarum commodè digeritur in tres lineas. Prima continet eas, quibus flos galeâ & barbâ ornatur; Bilabiatas *vocant. Altera complectitur illas, quæ florem barbatum nec galeatum habent*; Unilabiatas *vel* Barbatas *dixere. Tertia denique habet floſculis præditas, in quibus vix galea vel barba apparet*, Simplices *fortè nominandas.*

1. Bilabiatæ.

LAVANDULA. *T.* 198. 93.

Floris galeâ ſubrotundâ, bifidâ plerumque, erectâ; barbâ tripartitâ, ſegmentis ferè æqualibus.

Verticilli denſius congeſti in ſpicas tenues, graciles, ad faſtigia caulium & ramorum natas.

Odor ſuavis, ſingularis.

1. Lavandula; latifolia; Indica; ſubcinerea; ſpicâ breviore. *H. R. Par. T.* 198. *Lavandula latifolia. Raj. H.* 513. *Lavendula, latifolia, ſterilis. M. H.* 3. 352. *Tab. poſt. pag.* 452. *Ic. H. R. D.*

2. Lavandula; latifolia. *C. B. P.* 216. Ψιλόναρδος, *quæ Lavandula vulgò. J. B.* 3. 281. *Lavandula. Dod. p.* 273. *Lavandula, flore cæruleo & flore albo. H. Eyſt. Æſt. o.* 14. *F.* 6. *Fig.* 3. *Lavendula major, ſive vulgaris. Park. M. H.* 352. *H.*

3. Lavandula; anguſtifolia. *C. B. P.* 216. *Flore cæruleo. Lavandula altera. Dod. p.* 273. *Lavendula, minor, ſive ſpica. Ger. M. H.* 3. 352. *Spica vulgaris, flore cæruleo. H. Eyſt. Aut. o.* 3. *F.* 3. *F.* 3. *H.*

4. Lavandula; anguſtifolia; flore albo. *C. B. P.* 216. Ψιλόναρδος, *quæ Lavendula, flore albo. J. B.* 3. 281. *Spica vulgaris, flore albo. H. Eyſt. Aut. o.* 3. *F.* 3. *Fig.* 2. *H.*

5. Lavandula; folio diſſecto. *C. B. P.* 216. *Lavandula, multifido folio. J. B.* 3. 281. *Cluſ. H.* 345. *Flore cæruleo. Lavendula, multifido folio, Hiſpanica. M H.* 352. *b. H.*

6. Lavandula; folio diſſecto; flore albo. *b. H.*

7. La-

7. Lavandula; folio longiori, tenuius & elegantius diſſecto. *T.* 198. *Commelin. Rar.* 27. *Lavendula, Canarica, foliis tenuius diviſis. M. H.* 3. 353. *b. H.*

8. Lavandula; maritima; Canarienſis; ſpicâ multiplici, cæruleâ. *Plukn. Alm. Phyt. T.* 303. *Fig.* 5. *b. H.*

STOECHAS. *T.* 201. 95.

Galeâ erectâ, bifidâ, barbâ tripartitâ; flos apparet quinquefidus.

Spicæ florum craſſæ, ſquamatæ, foliolis coloratis in cacumine coronatæ.

1. Stœchas; purpurea. *C. B. P.* 216. *Stœchas, Arabica vulgò dicta. J. B.* 3. 277. *Stœchas, brevioribus ligulis. Cluſ. H.* 344. *M. H.* 3. 353. *Stœchas. Dod. p.* 275. *H.*

2. Stœchas; folio ſerrato. *C. B. P.* 216. *Dod. p.* 275. *M. H.* 3. 354. *Stœchas, criſpo folio. Cluſ. H.* 345. *Stœchas, ſerrato & criſpo folio. J. B.* 3. 279. *Lavandula, foliis crenatis. T.* 198. *H.*

3. Stœchas; cauliculis non foliatis. *C. B. P.* 216. *Stœchas, longioribus ligulis. Cluſ. H.* 344. *H. b.*

STACHYS. *T.* 186. 86.

Folia, caules, rami, villoſa, incana, molliſſimâ lanugine.

Galeâ fornicatâ, erectâ, bifidâ parum, barbâ trifidâ, ſegmento medio magno, pendulo.

Flores primò in verticillos denſos, deinde verſus cacumen in ſpicas congeruntur.

1. Stachys; major; Germanica. *C. B. P.* 236. *Stachys Fuchſii. J. B.* 3. 319. *Dod. p.* 90. *Sideritis, Heraclea Dioſcoridis. Col. Phytob.* 1. 31. *Stachys, folio denſiore, candicante, ſerrato & acuto, major. M. H.* 3. 381. *b.*

2. Stachys; major; Germanica; folio anguſtiore. *Flor.* 2. 66. *b.*

3. Stachys; Cretica; pro pſeudo-ſtachyde I in prodromo deſcribitur. *C. B. P.* 236. *Prodr.* 113. *Stachys, ſive pſeudo-ſtachys Cretica, latifolia. M. H.* 3. 381. *b. H.*

4. Stachys; Alpina; magna; flore ex albo rubeſcente. *Pſeudo-ſtachys Alpina. C. B. P.* 236. *Prodr.* 113. *Stachys, ſive pſeudo-ſtachys Alpina. M. H.* 3. 381. *H. b.*

5. Stachys; Creticæ ſimilis; flore purpureo triplo majore. *b. H. b.*

6. Stachys; minor; Italica. *C. B. P.* 236. *Stachys. Dod. p.* 90. *Stachys, folio candicante, denſiore, non ſerrato, minor. M. H.* 3. 381. *H.*

7. Stachys; verticillata; odora; betonicæ foliis pallidis. *H. C.* 2.

8. Stachys; Canarienſis; fruteſcens; verbaſci folio. *T.* 186. *H. A.* 2. 197. *Stachys, ampliſſimis verbaſci foliis, floribus albis, parvis, non galeatis, ſpicâ betonicæ. Plukn. Almag. Salvia, ſylveſtris, ampliſſimis verbaſci foliis, graveolens, flore albo, parvo, Canarienſis. Plukn. Almag. & Phytogr. T.* 322. *Fig.* 4. *Stachys, Canarica, fruteſcens, ſalviæ folio, flore candido, arvida ſalva incolis nominata. M. H.* 3. 382. *H.*

9. Stachys; hormini folio obſcurè virenti; flore ferrugineo. *M. H. Bloeſ.* 198. *M. H.* 3. 382. *Stachys, hormini folio. Flor.* 2. 66.

10. Stachys; ſpinoſa; Cretica. *C. B. P.* 236. *M. H.* 3. 382. *Gaidarothymum. Alp. Exot.* 86. *Sideritis ſpinoſa. J. B.* 3. 328. *H. b.*

11. Stachys; Orientalis; altiſſima; fœtidiſſima. *T. Cor.* 12. *Folio, & caule, candidiſſimo, floris luteoli galeâ ſtriatâ. H.*

12. Stachys; alba; latifolia; major. *Barr. H.*

13. Stachys; Cretica; latifolia. *T.* 186. *Voy.* 1. *H.*

Betonica. *T.* 202. 96.

Folia crenata, rugoſa, viridia.

Galeâ erectâ, imbricatâ, bifidâ, barbâ trifidâ, ſegmento medio bifido, majore.

Flores primò in verticillos, deinde ad ſuperiora in ſpicas, digeſti.

1. Betonica; major; Danica. *Park. Theatr.* 615. *M. H.* 3. 365. *An Betonica, major. Cluſ. H.* XXXVIII?

2. Betonica; purpurea. *C. B. P.* 235. *Betonica, vulgaris, purpurea. J. B.* 3. 301. *Cluſ. H.* XXXIX. *M. H.* 3. 365. *Betonica. Dod. p.* 40.

3. Betonica; alba. *C. B. P.* 235. *Betonica, flore albo. J. B.* 3. 302. *Betonica, albido flore. Dod. p.* 39.

4. Betonica; flore carneo.

5. Betonica; minima; Alpina; Helvetica. *Park. Theatr.* 614. *M. H.* 3. 365.

6. Betonica; minima; Alpina; folio eleganter variegato.

7. Betonica; maxima; folio ſcrophulariæ; floribus incarnatis. *Par. Bat.* 106. *Deſcr. & Ic. Betonica, Virginiana, elatior, foliis ſcrophulariæ glabris, flore carneo. M. H.* 3. 366. *Sideritis Canadenſis, altiſſima, ſcrophulariæ folio, flore flaveſcente. T.* 192. *a.*

8. Betonica; maxima; folio ſcrophulariæ; floribus luteo-pallidis. *Schol. Bot. Par. Betonica, Virginiana, elatior, foliis ſcrophulariæ glabris, flore ochroleuco. M. H.* 3. 365. *b.*

9. Be-

9. Betonica; Orientalis; folio anguſtiſſimo & longiſſimo; ſpicâ florum craſſiore. *T. Cor.* 13. *T. Voy.* 2. 296.

10. Betonica; Alpina; incana; purpurea. *Barr.*

THYMUS. *T.* 196. 93.

Folia brevia, anguſta, rigida.
Caules lignoſi, parvi, erecti.
Galeâ ſurrectâ plerumque bifidâ, barbâ tripartitâ.
Floſculi congeſti in capitula, verticillo inferiore remotius â capitulo hærente.

1. Thymus; vulgaris; folio latiore. *C. B. P.* 219. *M. H.* 3. 402. *Thymum durius. Dod. p.* 276. *H.*

2. Thymus; vulgaris; folio tenuiore. *C. B. P.* 219. *Thymum, vulgare, rigidius, folio cinereo. J. B.* 3. 2. 263. *Thymus vulgaris. H. Eyſt. Aut. o.* 3. *F.* 1. *Fig.* 3. *Thymum, vulgare, durius. M. H.* 3. 401. *H.*

3. Thymus; capitatus; qui Dioſcoridis. *C. B. P.* 219. *Thymum Creticum, ſive Antiquorum. J. B.* 3. 2. 262. *Thymum cephaloton. Dod. p.* 276. *Thymum legitimum. Cluſ. H.* 357. *Hyſſopus, capitata, minor, Thymi odore. M. H.* 3. 362. *H.*

4. Thymus; vulgaris; folio tenuiore, candido & graveolente. *C. B. P.* 219. *Thymus, folio variegato. H. R. Par. Thymus, foliis candicantibus, & graveolentibus. H. R. Par. M. H.* 3. 401. *H.*

5. Thymum; legitimum; cephalotes; anguſtifolium. *Salvad.*

SERPILLUM. *T.* 196. 93.

Folia Thymi foliis latiora.
Caules procumbentes, minus lignoſi, & duri.
Cætera Thymo quam ſimilllima.

1. Serpillum; vulgare; majus. *C. B. P.* 220. *M. H.* 3. 403. *Flore purpureo. H.*

2. Serpillum; vulgare; minus. *C. B. P.* 220. *Serpillum vulgare. J. B.* 3. 2. 269. *Dod. p.* 277. *M. H.* 3. 403. *Serpillum, vulgare, repens. Cluſ. H.* 359. *H.*

3. Serpillum; vulgare; minus; folio ex albo & viridi vario. *H. L. H.*

4. Serpillum; anguſtifolium; hirſutum. *C. B. P.* 220. *Serpillum, montanum, repens, hirſutum. C. B. P.* 220. *Serpillum, anguſto, lanuginoſoque folio. J. B.* 3. 2. 270. *Serpillum, Pannonicum, III. Cluſ. H.* 360. *M. H.* 3. 403. *H.*

5. Serpillum; Africanum; hirſutiſſimum. *Vaill. H.*

6. Serpillum; foliis citri odore. *C. B. P.* 220. *M. H.* 3. 403. *Ser-*

pillum, citrii odore. J. B. 3. 270. Serpillum citratum. H. Eyst. Aut. o. 3. F. 1. F. 2. H.

MASTICHINA.

Folia Serpilli foliis majora.

Caules surrecti, fruticosi.

Calix longus angustus, tubulosus, suprâ explicatus in quinque longas, graciliſſimas lacinias, cujus omnes partes subtili lanugine pubescunt ita, ut mera lanugo appareat.

Galeâ surrectâ bifidâ, barbâ trifidâ, ut ferè appareat pentapetaloïdes.

Verticilli densiores, flosculi compacti in capitula oblonga, lanuginosa, candida.

1. Mastichina. *Thymbra Hispanica, majoranæ folio. T. 197. Marum peregrinum. H. Eyst. Æst. o. 14. F. 7. Fig. 2. Sampsuchus, sive marum, mastichen redolens. C. B. P. 224. Marum vulgare, sive clinopodium. Dod. p. 271. Clinopodium quibusdam, mastichina Gallorum. J. B. 3. 2. 243. Marum vulgare. M. H. 3. 372. H. R. D.*

MARRUBIUM. *T.* 192. 91.

Folia rugosa.

Calix longus, quinque aculeatis appendiculis plerumque instructus.

Galeâ surrectâ, bicorni, barbâ tripartitâ, faucibus oblongis, gracilibus.

1. Marrubium; album; vulgare. *C. B. P. 230. M. H. 3. 376. Marrubium album. J. B. 3. 2. 316. Marrubium vulgare. H. Eyst. Æst. o. 7. F. 6. Fig. 1. Clus H. XXXIIII. Marrubium. Dod. p. 87.*

2. Marrubium; folio rotundo, candidissimo. *An Marrubium, album, candidissimum, & villosum. T. Cor. 12? H.*

3. Marrubium; album; latifolium; peregrinum. *C. B. P. 230. M. H. 3. 377. Marrubium, candidum, folio subrotundo. J. B. 3. 317. Marrubium candidum. Dod. p. 87. Marrubium, alterum, Pannonicum. Clus. H. XXXIIII. H.*

4. Marrubium; album; angustifolium; peregrinum. *C. B. P. 230. M. H. 3. 377. Marrubium, album, angustiore folio. J. B. 3. 317. Marrubium, Creticum, angustifolium. H. Eyst. Æst. o. 6. F. 9. Fig. 3. H.*

5. Marrubium; verticillatum; foliis profundè incisis. *Flor. 2. 67. Marrubium, alysson dictum, foliis profundè incisis. H. L. Marrubium, Hispanicum, calice stellato & aculeato. T. 192. Alysson, verticillatum, foliis*

liis profundè inciſis. C. B. P. 232. *Alyſſon Galeni. Cluſ. H.* xxxv. *Dod. p.* 88. *Marrubium, album, foliis profundè inciſis, flore cæruleo. M. H.* 3. 377. *b.*

6. Marrubium; Hiſpanicum; ſupinum; foliis ſericeis, argenteis. *T.* 192. *Marrubium, album, ſericeo, parvo, & rotundiori folio. Bocc. Muſ. p.* 2. 78. *Tab.* 69. *a. b.*

7. Marrubium; folio candidiſſimo, orbiculari, craſſiſſimo. *An Marrubium, album, candidiſſimum, & villoſum. T. C.* 12.?

8. Marrubium; album; peregrinum; brevibus & obtuſis foliis. *C. B. P.* 230. *Marrubium, Creticum, anguſtis foliis, inodorum. H. Eyſt. Æſt.* 0. 7. *F.* 6. *Fig.* 2. *H.*

9. Marrubium; Orientale; foliis ſubrotundis; flore purpureo. *T. C.* 12. *b. H.*

Lamium. *T.* 183. 85.

Galeâ cavâ integrâ, barbâ bifidâ, cordiformi.
Calix quinquefidus, inſtar tubi oblongus.
Semina triangularia.

1. Lamium; purpureum; fœtidum; folio ſubrotundo; ſive galeopſis Dioſcoridis. *C. B. P.* 230 *Lamium, annuum, vulgare, rubrum. M. H.* 3. 385. *Galeopſis, ſive urtica iners, folio & flore minore. J. B.* 3. 323. *Urtica, iners, altera. Dod. p.* 153. *a.* †.

2. Lamium; purpureum; fœtidum; folio ſubrotundo; minus. *H. L. a.* †.

3. Lamium; album; fœtidum; folio ſubrotundo. *C. B P.* 231. *Var. a.* †.

4. Lamium; album; fœtidum; folio ſubrotundo; minus. *C. B. P.* 231. *Var. a.* †.

5. Lamium; album; non fœtens; folio oblongo. *C. B. P.* 231. *Galeopſis, ſive urtica iners, floribus albis. J. B.* 3 322. *Urtica, iners, ſive Lamium primum. Dod. p.* 153. *Lamium, album, vulgare, ſive Archangelica, flore albo. Park. Th.* 604. *M. H.* 3. 384. †

6. Lamium; purpureum; non fœtens; folio oblongo. *C. B. P.* 231. *Galeopſis, ſive urtica iners, flore purpuraſcente, majore, folio non maculato. J. B.* 3. 321. *Lamium, album, vulgare, ſive Archangelica, purpureis floribus. M. H.* 3. 384. †.

7. Lamium; parietariæ facie. *M. H. Blæſ. Lamium, annuum, rubrum, parietariæ foliis. M. H.* 3. 385. *a.*

8. Lamium; parietariæ facie; flore albo. *a.*

9. Lamium; maximum; ſylvaticum; rubrum. *Flor.* 2. 68. *Lamium maximum, ſylvaticum, alterum. C. B. P.* 231. *Galeopſis, maxima, flore magno, rubro. J. B.* 3. *App.* 853. *Galeopſis, maxima, Pannonica. Cluſ. H.* xxxvi. *Lamium, Pannonicum, majus, non repens, flore majore ex rubro variegato. M. H.* 3. 385.

10. Lamium; foliis caulem ambientibus; majus. *C. B. P.* 231. *a.* †.

11. Lamium; folio caulem ambiente; minus. *C. B. P.* 232. *M. H.* 3. 386. *Galeopſis, ſive urtica iners, minor, folio caulem ambiente. J. B.* 3. *App.* 853. *a.* †.

12. Lamium; rubrum; minus; foliis profundè inciſis. *Raj. Synopſ.* 129. *Plukn. Ph.* XLI. 3. *a.*

13. Lamium; maximum; fœtens; purpureum; galeâ hormini. *Horminum, ſylveſtre, latifolium, verticillatum. C. B. P.* 238. *Gallitricho affinis planta, horminum ſylveſtre, latifolium, Cluſio. J. B.* 3 314. *Hormiuum, ſylveſtre, III. Cluſ. H.* XXIX. *Horminum, ſcutellariæ folio craſſo. Volk. & Hofmann. hoc titulo miſere.*

14. Lamium; albâ lineâ notatum. *C. B. P.* 231. *Lamium, montanum, Campoclarenſium. Col.* 1. 192. *H.*

15. Lamium; quæ Moldavica; Orientalis; hederæ terreſtris folio. *T. Cor.* 11. *Vaill.*

16. Lamium; Italicum; maximo flore rubro; glabrum.

17. Lamium; perenne; villoſum, folio catariæ criſpo; flore magno, variegato. *Vaill.*

Clinopodium. *T.* 195. 92.

Calix longus, tubuloſus, quinquefidus, hirſutus, denſiſſimè aggeſtus.

Galeâ rotundulâ, ſurrectâ, bifidâ, barbâ tripartitâ.

Flores in verticillis denſis, cauli circumpoſitis arctiſſimè.

Semina oblonga.

1. Sparganium; ramoſum. *C. B. P.* 15. *Th.* 228. *M. H.* 3. 247. *Sparganium, Quibuſdam. I. B.* 2. 541. *Platanaria, ſive Butomon. Dod. p.* 601. †. *aq.*

2. Sparganium; non ramoſum. *C. B. P.* 15. *Th.* 231. *M. H.* 3. 247. *Sparganium, alterum. I. B.* 2. 541. *Platanaria altera. Dod. p.* 601. †. *aq.*



ARBO-

ARBORES, ET FRUTICES, QUÆ IN PRÆGRESSA STIRPIUM SERIE NON APPARENT.

I.
MONOCOTYLEDONES.

Non ramoſo, ſimplici, caudice, ſed foliis in orbem poſitis ornato, atque in pedunculos eorum reſoluto. Spathâ floriferâ, & fructiferâ racematim.

A. Palma Dactylifera. *Plumier Nov. Plant. Americ.* 1. 2. *Ic.*

Fructu Pruni tegente nucleum durum, oſſeum, ſub carne eduli.

1. Palma; major. *C. B. P.* 506. *Palma. I. B.* 1. 3. 351. *Lugd.* 362. *Dod.* 819. *Palma Dachel. Alpin. Ægypt.* 12. *Parkins. Th.* 1546. *Palma, Dactylifera, major, vulgaris. Jonſt. Dendrogr.* 2. 138. *Par. Bat. Prodr. Dactylus vulgô. H.*

2. Palma; major; Dactylifera; folio flabelliformi, pedunculo ad latera duriſſimis, magniſque, ſpinis armato. *Palma, Braſilienſis, Prunifera, folio plicatili, ſeu flabelliformi, caudice ſquamato. Raj. H.* 1368. *Carnaiba*; 1. *Piſon.* 126. *H.*

3. Palma; humilis; Dactylifera; radice repente, ſoboliferâ; folio flabelliformi, pedunculo ſpinoſo. *Palma, minor. C. B. P.* 506. *Palma, folio plicatili, ſeu flabelliformi, humilis. Raj. H.* 1369. *Palma, humilis, ſeu Chamæriphes. I. B.* 1. 369. *Parkins. Th.* 1546. *Chamæriphes, ſeu Palma humilis. Lugd.* 369. *Chamæriphes. Dod. p.* 820. *Chamæriphes, ſeu Palma, humilis, ſpinoſa. I. B.* 3. 370. *H.*

4. Palma; humilis; Dactylifera; radice repentiſſimâ, ſoboliferâ; folio flabelliformi, pedunculo vix ſpinoſo. *H.*

5. Palma; Chamærops; Plinii. *Lugd.* 369. *Palma, Chamærops, Plinii, ſive Chamærophes, ſpinoſis foliis. Parkins. Th.* 1546. *H.*

6. Palma; foliis longiſſimis, pendulis, abſque ullo pedunculo ex caudice glabro enatis. *Palma, prunifera, foliis Yuccæ, fructu racemoſo, ceraſiformi, oſſiculo duro, cinereo, piſi magnitudine. H. Amſt.* 8°. 261. *An Draco, arbor. Cluſ. H.* 1. *Ic. & Deſcr. C. B. P.* 505? *H.*

7. Palma; Guineënſis; vinifera. *Belgis Chriſtiaan Wijn Boom. & Kriſſia Boom. Boſman. An Palma vinifera. Lugd.* 1834? *Palma, vinifera, Theveti. C. B. P.* 507? *H.*

8. Palma; Japonica; ſpinoſis pediculis; Polypodii folio. *Par. Bat. Pr.* 361. *Palma, Indica, caudice in annulos protuberante diſtincto. Raj. H.* 1360. *Palma, farinifera, Japonica, Sotitſou Japonenſibus. Breyn. Prod.* 2. *Todda Panna. H. Mal.* 3. 9. *Palma, vinifera. Vulgò. H.*

B. PALMA; NUCIFERA VEL COCIFERA. *Plum. Nov. Plant. Amer.* 1.

Fructu cortice membranoſo tegente filamenta duriſſima, arctè contexta, ſub quibus teſta duritiei lapideæ, in quâ caro pinguis intus cava & tum aquâ lacteâ plena, vel non cava.

2. Palma; Indica; coccigera; anguloſa. *C. B. P.* 508. *Palma, Indica, nucifera. I. B.* 1. 3. 375. *Tenga. H. Mal.* 1. 1? *Palma, ſive Nux Indica, ferens Coccos. Park. Coquoeiro. Piſon. Inajaguacuiba, vulgò Cocos. Piſon.* 130. *H.*

PAPAYA. *T.* 659. 441.

Caudex ſimplex, ſolos emittens pedunculos foliorum laciniatorum inſtar Ricini.

Flos mas, nudus, tubulatus, multifidus, ſegmentis quinque longis, anguſtis, in ſtellam expanſis conſtans, ſtaminibus multis fœcundus, naſcitur in unâ Plantâ mare.

In aliâ Plantâ fœminâ finis pedunculi abit in parvum, dentatum, caliculum, cui innaſcitur floris imago (an pericarpium?) Pentapetali, ſtaminibus orbi; in fundo hujus floris, vel Pericarpii, ovarium, tubâ apertâ, quinquefidâ, ſegmentis in fimbrias foliaceas evolutis, donatum, qui fit fructus inſtar Melonis ſtriati, carneus, cortice craſſo, pulpâ undique refertâ ſeminibus involucro tectis, ſtriatis.

1. Papaya; fructu Melopeponis effigie. *Plum.* 659. *Papayamaram. H. Mal.* 1. 23. *Papaya. Hernand.* 99. *Deſcr. Papaya, Orientalis, ſive Pepo arboreſcens. Col. in Rech.* 870. *Ic. & Deſcr. Platanus, ſecunda. Seu arbor, Platani folio, fructu Peponis magnitudine eduli. C. B. P.* 431. *Papaye, Peruvianis. I. B.* 1. 147. *Mamœra, fœmina Parkins. Th.* 1649. *H.*

2. Papaya; mas. *Mamœra; mas. Parkins. Th.* 1649. *H.*

MUSA. *Plum. N. G. A. P.* 24. 34.

Radix ſtolones emittens, pereunte caudice frugifero.
Caudex arundinaceus, abſque ramis, in folia ingentia explicatus, quæ primô, ut in Cannacoro, convoluta, dein explicata in orbem faſtigio caudicis apponuntur.
Flores, & fructus, in racemo poſiti, vaginâ includuntur, ut in Palmâ.
Flos polypetalus, anomalus, apici ovarii innatus.
Ovarium, cucumerinum, molle, triloculare, edule, ſeminibus fœtum, tubâ longâ apice globoſo inſtructum.

1. Muſa; fructu cucumerino, longiori. *Plum.* 24. *Mauz, Muſa. Alp. Æg.* 78. 79. 80. *Muſa, caudice viridi, fructu longiore, falcato, anguloſo. Sloan.* 189. *Ubi omnia ſynonyma ſingulari induſtriâ collecta. Palma humilis, longis, latiſque, foliis. C. B. P.* 508. *H.*

2. Muſa; caudice maculato; fructu recto, rotundo, breviore, odorato. *Sloan.* 192. *H.*

Omninò huc referendam poſt Palmas multa ſuadent colligenti, quæ habet Plumierius pag. 2

2.

ARBORES, ET FRUTICES, DICOTYLEDONES, RAMOSÆ, FLORIFERÆ, APETALÆ. FLORE IPSI FRUCTUI SÆPE CONJUNCTO.

FRAXINUS. *T.* 577. 343.

Folia pinnatim nata ad coſtam communem, cujus apex deſinit in folium impar.
Flos mas, apetalus ſtaminibus conſtans apice gemino ornatis in mare.
Ovarium oblongum, ovatum, compreſſum, inſtructum, tubâ bifidâ, in fœminâ, per maturitatem fit fructus planus, membranaceus, linguæ ſimilis, fœtus ſemine ſimilis figuræ.

1. Fraxinus; excelſior; flore petaloïde; mas. *Fraxinus, excelſior. C. B. P.* 416. *Fraxinus, vulgatior. I. B.* 1. 174. *Fraxinus. Dod. pag.* 833. *Lugd.* 82.

2. Fraxinus; excelſior; frugifera; fœmina. *Huic omnia eadem ſynonyma conveniunt.*

3. Fraxinus; humilior; ſive altera Theophraſti; minore & tenuiore, folio. *C.B.P.* 416. *Fraxinus, tenuiore & minore folio. I.B.* 1. 177. *Ornus. Lugd.* 83.

4. Fraxinus; folio rotundiore. *C.B.P.* 416. *I.B.* 1. 177.

5. Fraxinus; Virginiana; caudice penitus nodoſo.

6. Fraxinus; minor; foliis rotundioribus; ſplendentibus; undulatis. *An Fraxinus, Alepenſis. H.L?*

Examinanti aliquas ſpecies accuratê viſæ mihi Fraxini differre maſculinâ & fœmininâ virtute: id verô curioſorum obſervata decernent, an omnibus contingat? An forte ſunt mares, fœminæ, & aliæ hermaphroditæ?

FLORE MARE, ET OVARIO, SEPARATIS.

Buxus. *T.* 578. 345.

Folia pinnata ad coſtam communem, quæ deſinit in folium impar, ſempervirentia.

Flos, apetalus, mas, calice craſſo, carneo, in quatuor folia explicato, ſtaminibus ſæpe quatuor, quandoque numeroſis ſit ſtaminibus, quæ ex fundo tetragono calicis foliati aſſurgunt.

Ovarium, alio loco Plantæ natum, ollæ inverſæ æmulum, ubi maturum, dehiſcit ab apice tum trifido in tria loculamenta, fœtum ſeminibus latentibus in capſulâ elaſticâ.

1. Buxus; arboreſcens. *C.B.P.* 471. *Buxus. I.B.* 1. 496. *Dod. p.* 782. *H. Eyſt.* o. 1. *F.* 1. *Fig.* 1.

2. Buxus; foliis rotundioribus. *C.B.P.* 471. *Buxus, humilis. Dod. p.* 782. *Buxus, topiaria. Vulgô.*

3. Buxus; foliis ex luteo variegatis. *H.R.Par.* 34. *Buxus, foliis aureis. M.H.R. Bloes. Buxus, aurea, ſtriata. Munt. H.* 158.

4. Buxus; major; foliis per limbum aureis. *H.R.Par. Buxus, aureus, major. Munt. H.* 158.

5. Buxus; minor; foliis per limbum aureis. *T.* 579. *Buxus, aureus, medius. Munt. H.* 158.

6. Buxus; longioribus foliis, in acumen luteum deſinentibus. *H.R. Par. Buxus, aureus, minor. Munt. H.* 158. Eſt & talis major.

7. Buxus; folio argenteo, variegato, rotundiori, majori.

8. Buxus; folio nervoſiſſimo, limbo, & apice, aureo.

9. Buxus; foliis Lauri Alexandrinæ accedens; Americana. *Plukn. Phytogr. T.* 80. *F.* 6.

10. Buxus; foliis anguſtis, longiſſimis.

11. Bu-

11. Buxus; Africana; rotundifolia, ſerrata. *Par. Bat. Prodr. Pluk. Phytogr. T.* 80. *Fig.* 5.
12. Buxus; foliis minoribus, anguſtis, longioribus.
13. Buxus; foliis minimis, anguſtis, longioribus.
14. Buxus; foliis maximis, nervoſiſſimis.
15. Buxus; foliis nervoſiſſimis, obtuſis valde.
16. Buxus; foliis parvis, argenteis variegatis.

EMPETRUM. *T.* 579. 421.

Folia Ericæ, & habitus.
Flos, mas, apetalus, ſtaminibus conſtans.
Fructus alio loco Plantæ natus baccæ ſimilis eſt, fœtus ſeminibus oſſeis, vel cartilagineis.

1. Empetrum; montanum; fructu nigro. *T.* 579. *Erica, baccifera, procumbens, nigra. C. B. P.* 486. *Erica, baccifera, Matthioli. I. B.* 1. 526. *Lugd.* 188. *Erica, Coris folio,* XI. *Cluſ. H.* 45. †. *H.*
2. Empetrum; Luſitanicum; fructu albo. *T.* 579. *Erica, erecta, baccis candidis. C. B. P.* 486. *Erica, baccifera, Luſitanica. T. B.* 1. 528. *Erica, Coris folio,* X. *Cluſ. H.* 45. *Erica,* VII. *Cluſ. Lugd.* 190. *H.*

ARBORES, ET FRUTICES; FLORE APETALO IN MARE, FRUCTU IN FOEMINA NON FLORIFERA.

TEREBINTHUS. *T.* 579. 345.

Folia pinnata ad rachin communem terminatam in folium impar.
Flos apetalus conſtans ſtaminibus apiculatis in mare.
Fructus eſt teſta unicapſularis, vel bicapſularis, fœtus ſemine oblongo, in fœminâ.

1. Terebinthus; vulgaris. *C. B. P.* 400. *Terebinthus. I. B.* 1. 278. *Dod. p.* 870. *Lugd.* 61. *Mas. H.*
2. Terebinthus; peregrina; fructu majore, Piſtachiis ſimili, eduli. *C. B. P.* 400. *Terebinthus, Indica, major, fructu rotundo. I. B.* 1. 277. *Terebinthus, major, Piſtachiæ folio. Adverſ.* 412. *Terebinthus, Indica, prior Theophraſti. Lugd. App.* 31. *Malp. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 6. *Fig.* 1. *H.*
3. Terebinthus; Indica; Theophraſti; Piſtachia Dioſcoridis. *Adverſ.* 413. *Piſtachia. I. B.* 1. 275. *Piſtachia, peregrina, fructu racemoſo, ſive Terebinthus Indica Theophraſti. C. B. P.* 401. *Piſtaciorum arbor. Lugd.* 361. *Dod.* 817. *H.*

Lentiscus. *T.* 580. 345.

Folia pinnata coſtæ communi accreta abſque impari ultimo.

Flos mas, in unâ Plantâ mare, ita fit: finis pedunculi explicatur in caliculum, brevem, viridem, quadrifidum, ſtellatim expanſum; intra hunc ſtamina quatuor, quinque, ſex, brevia, inſtructa apiculis magnis, rubris; flores in racemos digeruntur.

Ovarium, in alterâ Plantâ fœminâ, ita fit: in apice pedunculi craſſi, longi, quandoque ramoſi, ad finem fiſſi quaſi in formam calicis, continetur quaſi preſſum ovarium, inſtructum tubâ rectâ, craſſâ, cujus apex expanditur in labia recurva ſcaberrima, alba, quatuor, vel tria.

1. Lentiſcus; vulgaris. *C.B.P.* 399. *Lentiſcus. I.B.* 1. 285. *Dod. p.* 871. *Lugd.* 63. *Fœmina. H.*

2. Lentiſcus; vulgaris; foliis minoribus & pallidioribus. *H.L. mas. H.*

3. Lentiſcus; vera; ex inſulâ Chio; cortice & foliis fuſcis. *Cat. Hort. A.* 8. 192. *H.T. Voy.* 1. 376. *H.*

Rhamnoïdes. *T. Cor.* 53. 481.

Habitus Rhamni ſpinoſus.

Flos mas, apetalus conſtans paucis ſtaminibus ortis ex calice bifolio, in mare Plantâ.

Fructus eſt bacca monoſpermos, ſemine ſubrotundo, in fœminâ Plantâ.

1. Rhamnoïdes; florifera; Salicis foliis. *T. Cor.* 53. *mas.* †.

2. Rhamnoïdes; fructifera; Salicis foliis; baccis aureis. *T. Cor.* 53. *fœmina.* †.

3. Rhamnoïdes; fructifera; Salicis foliis; baccis leviter flaveſcentibus. *T. Cor.* 53. *Rhamnus*, 11. *Cluſ. H.* 110. *Rhamnus, Salicis folio anguſto, fructu flaveſcente. C.B.P.* 477. *Hippophaë Dioſcoridis? Col.* 1. 36. *Rhamnus*, 11. *Dod. p.* 755. *Rhamnus, ſecundus Dodonæi, primus Penæ. Lugd.* 140. †.

AR-

ARBORES, ET FRUTICES, FLORE AMENTACEO.

His flos, apetalos, vel petalodes, numerosus nectitur axi communi longo, referenti mollem felis caudam, semperque est alio loco, quam ubi fructus Plantæ deprehenditur.

1.

Flore & fructu in eâdem quidem arbore, diversis tamen locis.

a. Fructu osseo putamine defenso.

Nux. T. 581. 346

Folia pinnatim adnata Rachi communi terminatæ in folium impar.

Flos mas, unusquisque est amentaceus, foliolis sex, crassis, viridibus, uni petiolo accretis, in formam calicis. ex fundo horum foliolorum largo numerosa stamina in racemum quasi congeruntur: dein multi tales racemi uni longo axi accreti caudam floriferam formant, in unâ parte Plantæ.

Ovarium subrotundum tubâ bifidâ, segmentis retrò incurvatis, latis, scabris, fimbriatis, fit fructus, qui cortice carnoso tegit osseum, bivalve, putamen, in quo nucleus carnosus, pinguis, quadripartitus sepimento coriaceo, in aliâ parte Plantæ. Malp. An. Pl. 53, 220. 60. 61. 246. totâ tabulâ. 69. 284.

1. Nux Juglans; sive Regia; vulgaris. *C. B. P.* 417. *Nux Juglans. I. B.* 1. 241. *Dod. p.* 816.

2. Nux Juglans; fructu maximo. *C. B. P.* 417. *Nuces, caballinæ. Lugd.* 320.

3. Nux Juglans; fructu tenero, & fragili putamine. *C. B. P.* 417.

4. Nux Juglans; fructu serotino. *C. B. P.* 417.

5. Nux Juglans; Virginiana; nigra. *H. L.* 452. *H.*

Co-

Corylus. T. 581. 347.

Folia ſubrotunda, ſparſa.

Flos mas conſtat tribus ſquamoſis foliolis, quorum exterius binis interioribus incumbit, ex infimo flore VI *pedunculi emergunt, ſinguli habentes teſticulum ſuum. Omnes flores ſimul adnati axi longo referunt caudam cati.*

Flos fœmina, in eâdem Plantâ, loco diverſo a mare naſcitur, conſtans calice ſquamoſo, foliolis multis ſe invicem ſuccingentibus facto, intra quem ovarium latet inſtructum multis tubis, incurvis, rubris, acutis. Fit dein fructus oſſeus, putamine nucleum condens carnoſum, hærens arctè innatus calici foliaceo. Videatur & Malp. An. Pl. 60. 244.

1. Corylus; ſativa; fructu albo, minore; ſive vulgaris. *C. B. P.* 417. *Corylus, ſativa. I. B.* 1. 266. *Corylus. Cluſ. H.* 11. *Corylus, ſativa, rotundis nucibus. Lugd.* 319.

2. Corylus; ſativa; fructu rotundo, maximo. *C. B. P.* 418.

3. Corylus; ſativa; fructu oblongo, rubente. *C. B. P.* 418.

4. Corylus; ſativa; fructu oblongo, rubente, pellicula albâ tecto. *C. B. P.* 418. *H. R. Par.* 58.

5. Corylus; ſylveſtris. *C. B. P.* 418. *Lob. Ic.* 192. †.

6. Corylus; Byzantina; altiſſima, & maxima. *Corylus, Byzantina. H. L. Avellana, peregrina, humilis. C. B. P.* 418. *Avellana, Byzantina. I. B.* 1. 270. *Avellana, pumila, Byzantina. Cluſ. H.* 11.

Carpinus. T. 582. 348.

Folia Fagi & facies.

Flos mas, amentaceus, petalodes, axi longo communi adnatus, ſtaminibus multis ſub foliolis natis, in uno loco Plantæ hærens.

Ovarium ovatum apice piloſo, membranaceo involucro tectum, & tubis binis inſtructum, fit fructus in eâdem Plantâ loco a flore remoto, in ſpicis foliaceis reconditus, oſſeus, umbilicatus, compreſſus, ſtriatus, fœtus nucleo e rotundo acuminato. Malp. An. Pl. 53. 223: *A. A. B. C. D.*

1. Carpinus. *Dod. p.* 841. *Oſtrya, Ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis. C. B. P.* 427. *Fagus, ſepium, vulgò Oſtrys Theophraſti. I. B.* 1. 146.

146. *Oſtrys Theophraſti, Fagulus herbariorum. Cluſ. H.* 55. *Ulmus, Atinia. Lugd.* 81. *Aceris cognata, oblongis, rugoſis, ſerratis, foliis ad Ulmum accedentibus, vaſculis disjunctis, membranis foliaceis, ſeminibus ipſis appoſitis, pluribus confertis. Plukn. Alm.* 7.

b. *Fructu coriaceo putamine defenſo.*

QUERCUS. *T.* 582. 349.

Folia ſinuoſa, quaſi laciniata.
Flos mas, amentaceus, conſtans apiculis maſculinis, tenui capillamento longo, per denſa agmina affixis.
Fructus loco â flore in eâdem Plantâ remoto, tribus tubis inſtructus, natus in calice foliolis anguloſis conſtante, tandem ſquamoſo, fit glans calice inferius excepta, ſub putamine coriaceo integro tegens nucleum bifariam fiſſilem. Malp. An. Pl. 53. 222. *A. B. C. D. E.*

1. Quercus; latifolia; mas; quæ brevi pediculo eſt. *C. B. P.* 419. *Quercus, vulgaris, brevibus pediculis. I. B.* 1. 70. *Platyphyllos, mas. Lugd.* 2.

2. Quercus; latifolia; fœmina. *C. B. P.* 419. *Platyphyllos, fœmina. Lugd.* 2.

3. Quercus; cum longo pediculo. *C. B. P.* 420. *Quercus, vulgaris, longis pediculis. I. B.* 1. 70. *Hemeris, etymodrys. Lugd.* 4.

4. Quercus; pedem vix ſuperans. *C. B. P.* 420. *Robur*, VII, *ſive Quercus, pumila. Cluſ. H.* 19. *Deſcript.* VI. *Ejuſd. Ic. Quercus, pumila, fruticis ſpecie, fronde Ilicis molliore. Lob. Ic.* 157. 2.

5. Quercus; parva; ſive Phagus Græcorum, & Eſculus Plinii. *C. B. P.* 420. *Phagus, Eſculus, fœmina. Lugd.* 5.

ILEX. *T.* 583. 350.

Folia potius dentata quam ſinuata.
Flos amentaceus conſtans multis ſtaminibus ortis ex calice infundibuliformi.
Fructus Quercus.

1. Ilex; aculeata; cocciglandifera. *C. B. P.* 425. *Coccus, infectoria. Lob. Ic.* 153. 2. *Ilex, coccigera. I. B.* 1. 106. *Clus. H.* 24. *Ilex, minor, coccigera. Dod. p.* 827. *H.*

2. Ilex; folio rotundiori; molli; modiceque ſinuato; ſive Smilax Theophraſti. *C. B. P.* 425. *Smilax, Dalechampii. I. B.* 1. 101. *Ilex, major. Cluſ. H.* 23. *H.*

3. Ilex; oblongo, ſerrato, folio. *C. B. P.* 424. *Ilex, arborea. I. B.* 1. 95. *Ilex, anguſtifolia. Tab. Ic.* 969. *H.*

Suber. *T.* 583.

Omnia ut in Ilice, & Quercu; ſed cortex craſſus, fungoſus, levis.

1. Suber; latifolium; perpetuô virens. *C. B. P.* 424. *Suber, latifolium. I. B.* 1. 103. *Suber, latifolia. Lob. Ic.* 159. 2. *Suber, folio breviore & latiore. Lugd.* 22. *& Suber, latifolium, folio deciduo, & Theophraſti. C. B. P.* 424. *Phellos, ſive Suber. Dod. p.* 830. *H.*

Fagus. *T.* 584. 351.

Folia Carpini fere.

Flos mas, amentaceus, glomeratus, conſtans ſtaminibus e caliculo campaniformi ſurgentibus.

Fructus in eâdem arbore, loco â flore remoto, calloſus, acuminatus, quadrifido apice dehiſcens, binis ſeminibus trigonis fœtus.

1. Fagus. *Dod. p.* 382. *C. B. P.* 419. *Lugd.* 34. *Fagus Latinorum, Oxya Græcorum. I. B.* 1. 117. †.

Castanea. *T.* 584. 352.

Folia nervoſa, longa, digitatim compoſita.

Flos mas, in hâc Arbore primô deprehenditur, alio loco quam ovarium, ſolitarius, ex calice pentaphyllo, valde ſtaminoſus, per capillamentum tenue axi communi longo affixus, ut fiat amentaceus. Malp. An. Pl. 54. 227. *A B C.*

Alii flores hermaphroditi, conſtant calice A. B. & ſtaminibus C, atque ovariis apice multifido, & tubis ſex diſtinctis, uno illo communi calice contentis. Ovarium hoc deinde, ubi ſe expedivit, fit fructus echinatus alio, a flore primo, loco in eâdem arbore, ſubrotundus, quadrifariam dehiſcens ut plurimum, fœtus caſtaneâ ſub coriaceo putamine nucleum continente. Malp. An. Pl. 54. 228. *A B C D.* 60. 245. *A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M.* 70. 286. *A. B. C. D.*

1. Caſtanea; ſativa. *C. B. P.* 418. *Caſtanea. I. B.* 1. 121. *Caſtaneæ, majores. Lugd.* 31.

2. Ca-

2. Caſtanea; ſylveſtris; quæ peculiariter Caſtanea. *C. B. P.* 418. *Caſtanea. Dod. p.* 814.

3. Caſtanea; humilis; racemoſa. *C. B. P.* 419. *I. B.* 1. 127. *Caſtanea, humilis. Lugd.* 33.

Arbores & Frutices, flore amentaceo, remoto â fructu in eâdem arbore.

c. *Fructu ſquamoſo, conico: Coniferæ dictæ.*

ABIES. *T.* 585. 353. 354.

Folia longa, Juniperi latiora, & majora, ſparſim ſolitaria in ramis.
Flos mas, amentaceus, apiculis conſtans, uno loco.
Fructus naſcitur alio loco inter foliola ſquamatim ſpicam formantia, eſtque ſemen foliatum.

1. Abies; Taxi folio; fructu ſurſum ſpectante. *T.* 585. *Abies, conis ſurſum ſpectantibus, ſive Mas. C. B. P.* 505. *Abies, Fœmina, ſive* ἐλάτη τήλεια. *I. B.* 1. 231. *Abies. Cluſ. H.* 34. *Abies, altera. Dod. p.* 866. *Summitates Piceæ. H. Eyſt.* o. 1. *F.* 4. *Fig.* 3. *Abies, Taxi folio. Vulgò.*

2. Abies; tenuiori folio; fructu deorſum inflexo. *T.* 585. *Picea, major, prima, ſive Abies, rubra. C. B. P.* 493. *Picea, Latinorum, ſive* ἐλάτη ἀρρήν, *Abies Mas Theophraſti. I. B.* 1. 238. *Abies. Dod. p.* 866.

PINUS. *T.* 585. 355. 356.

Folia Abietis longiora, bina ſemper ex unâ communi vaginulâ orientia.
Flos mas, amentaceus, ſtaminibus conſtans, uno Plantæ loco.
Fructus in eâdem Plantâ loco â flore mare remoto fit conus, tuberculis tetragonis conſtans; inter ſquamas duobus ſcrobibus excavatas ſunt duo oſſicula, ſæpe alata, fœta nucleo oblongo.

1. Pinus; ſativa. *C. B. P.* 491. *Lugd.* 44. *Pinus, oſſiculis duris, foliis longis. I. B.* 1. 248. *Pinus. Dod. p.* 85. *Pinus, vulgatiſſima. Lob. Ic.* 226. 2.

2. Pinus; ſylveſtris. *C. B. P.* 421. *Pinus, ſylveſtris, fructifera. Lugd.* 44. *Pinus, ſylveſtris, ſive Pinaſter. Dod. p.* 860. *Pinaſter. Lob. Ic.* 226.

2. *Pinus, ſylveſtris, vulgaris, Genevenſis. I.B.* 1.253.

3. Pinus; humilis; julo purpuraſcente. *T.* 585. *Pinaſter, Auſtriacus, tenuifolius. I.B.* 1.255. *Pinaſter*, III, *Auſtriacus. Cluſ. H.* 31. *Pinaſter, tenuifolius, julo purpuraſcente. C. B. P.* 492.

LARIX. *T.* 586. 357.

Folia Pinus tenuiora plura ſimul ex uno communi tubercalo, inſtar penicilli, nata.

Flos mas, amentaceus, pluribus apiculis conſtans, in uno loco Plantæ.

Fructus in eâdem arbore, loco â flore remoto, conicus, ſquamoſus, recondens ſub ſuis ſquamis ſemen foliatum.

1. Larix; Orientalis; fructu rotundiori, obtuſo. *T.* 586. *Cedrus, conifera, foliis Laricis. C.B P.* 490. *Cedrus, magna. Dod.p.* 867. *Cedrus, magna, ſive Libani, conifera. I. B.* 1. 277. *Cedrus, Phœnicea, Matthioli. Lugd.* 36. *Cedrus, Libani, & Paleſtinæ, præcelſa. Lob.* 225. 2. *Bellon. Obſ.* 368. *Gall. &* 162. *apud Cluſ. in fol. II.*

2. Larix. *Dod. p.* 868. *C. B. P.* 493. *Lugd.* 55. *Larix, folio deciduo, conifera. I.B.* 1.265.

THUYA. *T.* 586. 358.

Folia ſquamoſo nexu ſibi mutuò incumbentia.

Flores puſilli, flaveſcentes, mares, in apice foliolorum, conſtant calice folioſo arboris ex binis foliolis ſquamoſis; exfundo ejus aſſurgit cylindrilus, cujus apex gerit tres ſquamulas expanſas inſtar petalorum, cum ſtaminibus maſculinis. In uno loco Plantæ.

Ovaria in alio loco Plantæ, conſtant, ſquamis fuſcis, in conum inverſum aggeſtis, & fiunt deinde fructus ſquamoſi, oblongi, ſemina recondentes marginata ſub ſuis ſquamis.

1. Thuya; Theophraſti. *C. B. P.* 488. *Arbor Vitæ. Cluſ. H.* 36. *H. Eyſt. Æſt.* 0. *Arb. & Frut. F.* 1. *Fig.* 1. *Cedrys, Lycia, Arbor Vitæ, & Thuya Theophraſti Herbariorum. Lob. Ic.* 224. 2. *Arbor Vitæ, ſive Paradiſiaca vulgò dicta, odorata ad Sabinam accedens. I.B.* 1. 286. *Thuyæ*, III *genus. Lugd.* 60.

Cypressus. T. 587. 358.

Folia ſquamatim mutuò incumbentia.
Flos mas, amentaceus, ſquamoſus, apices pulverulentos habens.
Fructus ſubrotundus, dehiſcens in multos quaſi clavos, ſub quibus ſemina anguloſa. Malp. 70. 287.

1. Cypreſſus; metâ in faſtigium convolutâ; quæ Fœmina. *Plinii. T. 587. Cypreſſus. C. B. P. 488. Dod. p. 856. Cypreſſus arbor. H. Eyſt. Æſt. 0. Arb. & Frut. F. 3. Fig. 1.*

2. Cypreſſus; ramos extra ſe ſpargens; quæ Mas Plinii. *T. 587. Cypreſſus. Matth. 119.*

3. Cypreſſus; Virginiana; foliis Acaciæ deciduis. *H. L. H. A. 1. 113. Cypreſſus, Virginiana, foliis Acaciæ cornigeræ paribus & deciduis. Plukn. Phyt. T. 85. Fig. 6. Cypreſſus, Virginiana, foliis Abietis mollibus & deciduis. Breyn. Prodr. 2. Cypreſſus, Americana. Park. Th. 1477. H.*

Alnus. T. 587. 359.

Folia ſubrotunda.
Flos mas, amentaceus, ſtaminibus quatuor ex calicis quadrifidi ſegmentis ſingulis enatis ſingulis conſtans, glomeratus, axi longo accretus, refert caudam cati ortam calice ſquamoſo, gemmam referente.
Ovarium, alio loco Plantæ, ex gemmâ vel calice ſquamoſo emergenti axi accreſcit, cui juxta longitudinem totam accreſcunt utriculi compreſſi, inſtructi tubis binis, longis rubris, cornutis, ſub ſquamis reconditi, uno ſemine fœti, ſicque fit fructus ſquamoſus, ſemina compreſſa recondens ſub ſquamis.

1. Alnus; rotundifolia, glutinoſa, viridis. *C. B. P. 428. Alnus, vulgaris. I. B. 1. 151. Alnus. Dod. p. 839.*

2. Alnus; folio oblongo, viridi. *C. B. P. 428.*

3. Alnus; folio incano. *C. B. P. 428. Alnus, incana & hirſuta. I. B. 1. 154.*

BETULA. *T.* 588. 360.

Folia ſubrotunda faginis ſimilia.
Flos mas, amentaceus, folioſus axi affixus capillaceo, longo.
Fructus loco â flore remoto ſquamoſus, cylindraceus, ſub ſquamis ſuis recondens ſemina alata.

1. Betula. *Dod. p.* 839. *C. B. P.* 427. *Lugd.* 92. *I. B.* 1. 148. †.

Oportunum cenſeo hoc loco recenſere pulchrum Arborum genus & Fruticum, quo ſuperbit Africa: quia formâ fructus Coniferis aſſimilantur, neque hactenus ſatis ſunt deſcriptæ. Icones quidem, dextrâ Pictoris peritiſſimi in ipſo natali loco perfectè ductæ, lineamenta ſtirpium vivis ornata coloribus penitus referunt. Harum exempla cum curâ excudenda putavi, Tuæque, Mi Lector, contemplationi offerenda. Cognoſces enim aliquid novi ex Africâ, ſimul ſpectabiles Africani ſoli opulentias videbis, denique ipſe habebis perſpectas ſtirpium familias, quibus aptè inſeras, quæ temporis progeſſu forte novæ detegentur. Sanè ſpe ducor haud ægrè quenquam laturum, ſi perituras fortaſſe aliter picturas conatus ſim vindicare ab interitu, Tibique aſſerere. Si placuerit labor, gratias habebis Joanni Hertog rei herbariæ indagatori ſedulo, qui Europæ, Americæ, atque Africæ multas luſtravit plagas, ut ſtirpes quæreret. Ille quippe ſuarum Tabularum uſum ſponte conceſſit, atque deſcriptioni concinnandæ opem tulit, deditque materiem.









LEPIDOCARPODENDRON ; foliis saligno, lato: caule purpurascente.

ΛΕΠΙΔΟΚΑΡΠΟΔΕΝΔΡΟΝ.

Folia plerisque sparsa, integra.

Calix constans multis foliis, squamarum ritu invicem appositis, per diversas successivas series, per maturitatem contrahitur in speciem vasis squamosi, conniventis.

Flos numerosus fundum calicis occupat, apetalus, anomalus, capillaceus, hermaphroditus, ita quidem ut flos sit ex plurimis flosculis compositus. Ex medio floris ovarium tuba longâ unâ vel pluribus, instructum nascitur in theca oblonga, exeunte in bina longa filamenta; semen est ornatum filamento longo in apice plumulam gerente.

1. Lepidocarpodendron; folio saligno lato; caule purpurascente. *Scolymocephalus, foliis oblongis, glabris, crassioribus, latioribus. Herm. Cat. Mt. Afric. Arbor Africana Conifera, latifolia, sive Wageboom. Cod. Witsen. Waagenboom vulgô Batavis. H.*

In Africâ, tribus a Promontorio Bonæ Spei milliaribus, circa pedes montium, atque ad loca fere acclivia, frequens crescit hæc Arborum speciosissima; quæ radice firmâ truncum fundat tres pedes crassum, durissimo, nodoso, vividâ vi flammæ dum ardet lucido, sed scintillis instar disploſi sulphuris dissilientibus molesto, flavescente, ligno A. constantem; cortex B. crassus, austerus, flavescens, circâ ramos C purpurascit; ramos pandit multos, numerosis, tumultuariô digestis, salignis, longis, obtusis, latis, crassis, glaucis, costâ flavescente & margine rubro ornatis, nervosis foliis D. onustos; in apicibus ramorum crescit E. calix ingens squamosus, octo quandóque ordinibus squamarum successivis F. constans, quæ dum floret Plantâ, externê purpureâ superficie E. micant, internê excellunt colore virideſcente flavo G; fundus calicis O. gerit flosculos H, ut formetur flos flosculosus P, quorum singuli caliculo I. monophyllo, appendice longâ donato, iterum in alio caliculo Q. latente inclusi, videntur constare stamine masculino K. & ovario fœminino L. cum tubâ plumatâ M. continente semen N. oblongum cinereum; fructus F. maturus coloris virideſcentis cinerei. Tota Arbor unâ cum ramis in altitudinem viginti pedum erigitur.

Inservit igni alendo lignum. Cortex curandæ Diarrhœæ adhibetur.

2. Le-

2. Lepidocarpodendron; folio ſubrotundo, rigido; in pedunculo longo, craſſo; flore maximo, purpureo. *Scolymocephalos, Africana, lato, rotundo, glabro, folio, cono maximo, ſericeo, candido. Herm. Cat. Mt. Afric. & Raj. H. T.* III. 9. *Salix, Conophora, Africana, rigido, craſſoque, folio. P. B. Prodr.* 373. *Frutex, Africanus, conifer, flore rubro, maximo. Cod. Witſen. Cinaroïdes frutex, folio ſubrotundo, rigido, è monte tabulari. P. B. Sp. Muſ. Petiv.* 374.

Ad loca Monti, cui à menſâ nomen, vicina, humidâ, in Africâ naſcitur hæc Arbor, quâ temerè pulchriorem haud ſpectes; ex firmis huic radicibus aſſurgit craſſus, duruſque, ſtipes, unde multi enaſcuntur caules, & rami purpurei A, qui ſimul in altitudinem trium pedum elevantur; folia B. ramis numeroſa adnaſcuntur ſine ordine, in longis, craſſis, rigidis, pedunculis C, ſubrotunda, craſſa, rigida, nervoſa, palmo majora, margine rubro ornata, lætè viridia; in apice ramorum calix D. ingens, ſquamoſus, quandoque novem ordinibus ſquamarum ſucceſſivâ ſerie E. conſtans, calix hic D, in flore valdè explicatus, facie internâ amœnè ruber; diſcus internus, amplus, calicis occupatur numeroſiſſimis floſculis F., caliculo plumaceo N. comprehenſis, qui videntur eſſe compoſiti ex maſculinis ſtaminibus G., & ovario H. continente ſemen longum H. tubâ plumatâ ornatum I, omnes hi floſculi ſimul excellunt colore virideſcente, purpuraſcente, & atropurpureo, inque globum denſè ſtipati ſimul exhibent florem floſculoſum adſpectu amœniſſimum; floſculis emarceſcentibus calix contractus format fructum ingentem K, qui fiſſus juxta altitudiuem L exhibet interiorem ſpeciem L, diſcum M., accretaque monſtrat ſemina.

Nullo hactenus uſu commendata Arbor vix ſe propagat ſemine ſato, ſed felici radicum progerminatione, atque caulium hinc luxuriantium ſobole viget, vegetque.

3. Le-



LEPIDOCARPODENDRON; folio subrotundo, rigido; in pedunculo longo, crasso; flore maximo purpureo.







LEPIDOCARPODENDRON; *folio oblongo, viridè, limbo, rubro ornato, squamarum apice, & margine, lanuginosis.*

3. Lepidocarpodendron; folio oblongo, viridi, limbo rubro ornato; ſquamarum apice, & margine, lanuginoſis. *Scolymocephalus Africana, foliis longis, glabris, cono ſericeo, ſquamis rubigineâ, villoſâ, criſtâ ornatis. Herm. Cat. Mt. Afric. Raj.* II. *T.* III. 9. *Frutex Africanus, conifer, & Tulipifer, latifolius, & montanus, flore rubro. God. Witſen.*

In illâ regione Africæ, quæ jacet inter Montem Menſam & Montem Venti, circa Caput bonæ ſpei, oritur ex radicibus multis craſſus, durus, humilis, caudex, qui emittit multos caules virides excreſcentes circiter in altitudinem binorum pedum, ornatos denſè accretis abſque pedunculo fere foliis A. quæ oblonga, palmum longa, craſſa, obtuſa, atroviridia, nervoſa, margine rubro & nervo craſſo flaveſcente ornata; in apice ramorum creſcit calix B. magnus, longus, ſquamoſus, octo ſæpe, imò undecim & pluribus ordinibus ſquamarum ſucceſſivis conſtans; ſquamæ immaturi fructus ſunt rubræ, tumque lanugo alba, inferiores C. ſunt margine ſericeo ornatæ, ſuperiores longiſſimæ, & graciliſſimæ D. habent apicem molli, ſericeâ, lanugine inſtar penicilli E. enatum; diſcus calicis ornatur floſculis multis F. qui comprehenduntur calice ruffo G. lanuginoſo, oblongo, ſuntque conſtantes ſtaminibus maſculinis longis, caudatis H, & ovario I. intra fundum caliculi G. inſtructo tubâ longâ K, quod abit in ſemen oblongum fuſcum I.

Totus fructus maturus eſt coloris cinericei, ſed ſquamarum apices fuſci.

4. Lepidocarpodendron ; foliis anguſtis, longis, ſalignis, nervo rubro ; florum plumis violaceo-purpureis.

In Africâ, ſedecim a Promontorio bonæ ſpei milliaribus, citra montes magnos in illâ ſitos plagâ, quam Batavi Hollandiam dixere Hottontottorum, creſcit hæc rariſſima, nec ulli hactenus obſervata, Arbor in clivis agrorum; eſt quidem diffuſâ radice firmata, unde truncus aſſurgit brachii craſſitie humani, ſeſquipedem altus antequam ramos pandit, quos dein emittit numeroſos, ita, ut arboris cum ramis altitudo tres æquet pedes. Scaber illi, atque albeſcens, Cortex A. qui album tegit lignum nodoſum B. orbiculis quaſi diſtinctum C.; ad internodia ramorum C. oriuntur abſque pedunculo, ſine ordine, folia D. ſaligna, longa, anguſta, acuta, lætè vireſcentia, nervis rubris elegantiſſimè variegata; apex E. cujuſque rami ſuſtinet calicem ingentem, ſquamoſum F. octo ſæpe, & pluribus, ordinibus conflatum ita, ut ſeries altior inferiori ſit ſemper longior, ſupremis G. tandem longiſſimis, ſunt ſquamæ omnes primò virides, maturæ verò rubellæ fuſcæ; fundus internus calicis occupatur totus caliculis lanuginoſis H., ſuſtinentibus floſculos, qui ſtaminibus maſculinis plumatis I. videntur conſtare, & ovario K. longâ tubâ L. donato, inde ſemen oblongum K. caliculo hirſuto involutum; flos totus, F G I, antequam marceſcit, pulcherrimus adſpectu, calice eſt viridi, dein color floſculorum circa calicem albus, lituris rubellis variegatus, in ſuperiori verò parte amœniſſimâ violaceâ purpurâ ſuperbit; aliquando ſunt huic Arbori flores rubri, & folia lanuginoſa; Totus fructus F G I maturus colore eſt ſplendente fuſco maculis rubris variegato, ſex pollices altus, latus quatuor; flos vigens in longum porrigitur quinque pollices, patet in latum tres & dimidium. Nonne admiraris formoſiſſimam elegantiſſimæ Arboris ſpeciem? cui in faſtigio uniuſcujuſque rami eximiæ adeò formæ coronam impoſuit unus adorandus, unus amabilis, Creator Univerſi. Quod autem, neque in catalogo Hermanni manuſcripto de Plantis Africanis, neque in Witſeniano codice, occurrit hujus Stirpis mentio, inde contigit, quod rarius eò uſque evagentur Studioſi Plantarum, neque vel ſic tamen florentem reperiant eo tempore Arborem.

5. Le-



LEPIDOCARPODENDRON ; foliis angustis longis, salignis, nervo rubro; florum plumis violaceo purpureis.







LEPIDOCARPODENDRON ; *foliis angustis, brevioribus, salignis : calicis squamis elegantissimè ex roseo, aureo, albo, atro-rubro variegatis ; florum plumis albis.*

5. Lepidocarpodendron; foliis anguſtis, brevioribus, ſalignis; calicis ſquamis elegantiſſimê ex roſeo, aureo, albo, atro-rubro variegatis; florum plumis albis. *Scolymocephalus, Africana, foliis anguſtis, villoſis cono mellifero D. Sher. Raj. H.* 111. 9. *Scolymocephalus, Africana, foliis longis, acutioribus, hirſutis, cono mellifero. Herm. Cat. Mt. Afric. Pinus, Africana, cono mellifero. Hermans. Raj. H.* 111. 9. *Xeranthemum, Africanum, fruteſcens, flore rubro, ſive Tulipifer. Cod. Witſen. Tulpboom vulgô Batavis.*

In illâ plagâ Africæ, quâ planâ itar ab Arce Promontorii bonæ ſpei verſus montem Steenberg dictum, Arbor invenitur, quæ ex firmâ radice truncum pedalem, vel bipedalem, habet, cortice cineritio, ſcabro, tectum, qui ex hâc altitudine numeroſa pandit brachia A. cum quibus in altum exſurgit in octo, novemve, pedes; folia habet pauciora, ſparſa, ſaligna, valde anguſta, glabra, hinc inde paululum crenata, abſque pedunculo enata B.; in ramis naſcitur ad faſtigia calix ſquamoſus C. conicus, quatuordecim ſæpe ordinibus ſucceſſivis conſtans, ſupremis ſemper longiſſimis D.; hic calix, C D necdum apertus eſt formæ conicæ utrimque, cujus ſquamæ tunc ſunt inferius nigricantes uſque ad C. ſenſim ſurſum fuſcæ, mox flavæ, dein ex nigro, cinereo, flavo, variegatæ, dein ruberrimæ & flavæ, tandem in apice ſincero ruberrimo fulgidæ à D ad E: poſtquam verô calix F, vigente flore, expanſus, tum ſquamæ inferiores ab F ad G nigræ & virides, a G ad H ex rubro & albo variegatæ apicibus l. atrorubentibus; diſcus calicis impletur caliculis hirſutis K, rubris, in quibus flores L, qui conſtant ſtaminibus maſculinis, plumatis, albis, inſtar nivis M. & ovario N longâ tubâ inſtructo O, quô reconditur ſemen oblongum P.; fructus maturus coloris cinerei conicus eſt. ♀.

Flos turget mellito, ſalubri, liquore copioſiſſimo, qui avidê ſorbetur, prorſus ut in Meliantho Africano.

6. Lepidocarpodendron ; foliis anguſtis, longioribus, ſalignis; calicis ſquamis elegantiſſimê ex flavo, fuſco, albo, nigro variegatis; florum plumulis, atropurpureis. *Scolymocephalus Africana, foliis longis, glabris, cono variegato, reſinifero. Herman Cat. Mt. Afric. Scolymocephalus, Africana, cono variegato, reſinifero. Raj. H. 111. 9. Frutex, Africanus, conifer, anguſtifolius, flore ſubnigro, ſive Tulipifer. Cod. Witſen.*

Eodem loco, quo præcedens, rarior reperitur hæc Arbor, pari naſcendi modo in eandem erecta altitudinem, cui atroviridis cortex A, glaber, craſſuſque, lignum tegit virideſcens B; naſcuntur & huic abſque pedunculo, ſparſa, folia C. lætê viridia, ſaligna, anguſta, oblonga, rigida, nervoſa, glabra; in ſummo ramo calix ſquamoſus D, octo ſæpe ordinibus, ſupremis maximis E conſtans; ſquamæ primô, dum flos viget, ſunt pulcherrimê variegatæ ex nigro, fuſco, rubro, flavo, cum marginibus ſericeâ lanugine argenteâ ornatis, ſquamæ ſuperiores ſunt valde longæ, minus compactæ, magis planæ. Diſcus floris occupatur caliculis hirſutis F continentibus longam vaginam G, & florem ſtaminibus plumatis H atque ovario I longâ tubâ K. inſtructo, abeunte in ſemen L oblongum. Plumæ floris vigentis M faciem oſtentant ſuperbam, argenteo, atropurpureo, purpureo, & purpuraſcente, pigmento pulchram.

7. Le-



LEPIDOCARPODENDRON ; foliis anguſtis, longioribus, ſaligmis ; calicis ſquamis elegantiſſimè ex flavo, fusco, albo, nigro, variegatis ; florum plumulis atropurpureis.







LEPIDOCARPODENDRON ; *folio saligno, viridi, nervo & margine flavo : cono longo, superiori parte maximè clauso.*

7. Lepidocarpodendron; folio ſaligno viridi; nervo & margine flavo; cono longo, ſuperiori parte maximê clauſo. *Frutex, Africanus, conifer, latifolius, flore viridi. Cod. Witſen. Kreupelhout vulgô Batavis.*

Diſtat ab arce Promontorii bonæ ſpei milliaris ſpatio locus, qui interjacet inter ſylvam rotundam dictam & inter locum ubi cereviſia paratur; ibi creſcit & hæc Arbor aâ pedes montium, ſimili modo & proceritate, ut quinta & ſexta prægreſſæ; cui folia A latiora, ſaligna, viridia, molli tenuique lanugine piloſa leviter, abſque pedunculo, ſine ordine adnata ramis, nervis & margine flavis ornata, in ſupremo denſê ſtipata, & fructum arctê ſatis amplectentia; qui fuit primô calix D, ſquamoſus, latis planioribus, magnis, ſquamis, in ſex ſæpe ſeries aggeſtis conſtans, quæ florem contractæ occultant C, calix floris E, ſtamina maſculina plumata F, ovarium G cum tubâ longâ H & ſemine oblongo I, ut in præcedenti ſextâ; fructus maturus flaveſcens D, juxta longitudinem diſciſſus K, flavus eſt.

8. Lepidocarpodendron; foliis longiſſimis, anguſtiſſimis, fructum elegantiſſimè ex rubro, flavo, & albo, variegatum, inſtar coronæ ſuccingentibus; radice repente. *Xeranthemum, Africanum, minus, flore rubro, ſive Tulipifer. Cod. Witſen.*

Fruticum hic ſpecioſiſſimus magnâ creſcit copiâ in ſabuletis, & ericetis, quæ ſpatio binorum a Promontorio bonæ ſpei milliarium jacent ad eum locum quæ appellatur Conſtantia. Ibi enim repente valde radice A craſſâ ſe propagat, emittitque ſurculos B ſolitarios, qui cortice ſcabro, intorto, fere fuſco, tegentes lignum album, in altitudinem quatuor pollicum aſſurgunt, tum in ſummo C emittuntur in orbem folia D anguſta, viridia, craſſula, triangularia, Ficoïdi ſimillima, undique ſuccingentia, circumvallantia, atque exſuperantia florem E pulcherrimum, qui calice F conſtat ſquamoſo, ſquamis latis, obtuſis, infrà, albis, rubris ſuprà, in ſextam ſæpe ſeriem coagmentatis; intra hunc fundus occupatur caliculis, floribus, ſeminibus, ſimillimis præcedenti, niſi quod plumulæ G florum hic flaveſcentes albidæ.

9. Le-



LEPIDOCARPODENDRON; foliis longissimis, angustissimis, fructum elegantissimè ex rubro, flavo, & albo, variegatum instar coronae succingentibus, radice repente.







LÆPIDOCARPODENDRON; acaulon; foliis paucis, latis, nervo & marginibus rubris ornatis; fructu parvo.

9. Lepidocarpodendron; acaulon; foliis paucis, latis, nervo & marginibus rubris ornatis; fructu parvo. *Scolymocephalus, Africana, foliis oblongis, glabris, humilis & procumbens. Herman. Cat. Mt. Scolymocephalus Africanus, Lauri folio, & procumbens. Sherard. Raj. H.* 111. 9. *Herba Africana, repens, flore viridi. Cod. Witsen.*

Ad montium in Africâ radices polyposâ radice A, frequens Planta, absque caule, humi procumbens, folia atroviridia nervis & margine rubris ornata, magna, lata, laurina, absque pedunculo emittit, septem vel octo B, inter hæc calix C apertus, squamosus, per maturitatem magis, magisque contractus oritur, cujus discus occupatur numerosis caliculis hirsutis D vaginâ longâ E instructis, in his flores F præcedentium similes, inter densa filamenta G positi, qui staminibus caudatis F, & ovario tubâ instructo D donantur. Fructus maturus est H.

10. Le-

10. Lepidocarpodendron; acaulon; ramis numerosis ê terrâ excrescens; calice floris immaturo extus, ex rubro & flavo variegato, intus flavo. *Scolymocephalus Africanus, frutitis Æthiopici coniferi Breynii foliis, capite majori squamato. Raj. H.* 111. 10. *Frutex Africanus, conifer, angustifolius, flore subluteo. Cod. Witsen.*

Ubi a Promontorio bonæ spei iveris per quatuor milliarium spatium ad montem Tigridis dictum, circa ericeta in valle ibi nata, crescit hic acaulos frutex, multis e terrâ emergentibus surculis vimineis ramosis, cortice rubro, & glabro, conspicuus A; huic adnascuntur undique folia longa, angusta, absque pedunculo, sine ordine, enata B, in fine rami C, & hinc inde ad longitudinem ramorum D singularis est flos, qui antequam explicatur constat calice squamoso rubro E, cujus squamæ explicatæ F superficie, supinâ flavescunt, rubescuntque, calicis fundus occupatur caliculis glabris G, in quibus flores cum staminibus caudatis H., & ovario tubâ longâ instructo I, quod dein semen fit; maturus fructus contractis squamis semina coërcet, estque Juglandis ferme magnitudine K.

11. Le-



LEPIDOCARPODENDRON; acaulon; ramis numerosis e terrâ excrescens; calice floris immaturo extus, ex rubro & flavo variegato, intus flavo.





LEPIDOCARPODENDRON; foliis angustissimis, gramineis; fructu cancellato; semine coronato.

11. Lepidocarpodendron; foliis anguſtiſſimis, gramineis; fructu cancellato; ſemine coronato. *Scolymocephalus Africanus foliis Roriſmarini acutis. Herman Cat. Mt. & Raj. H.* III. 10.

Et hic Frutex A loci ejuſdem incola, ramoſus; foliis B Roſmarini longioribus, anguſtioribus, acutioribus, inordinatis, viridibus; naſcuntur crebri ad ramos, hinc, inde calices ſquamoſi, an cancellati? C, eleganter rubentes, dum nondum explicati C, in diſco calicis floſculi D, & dein ſemina oblonga E, coronâ elegauti F ornata. Fructus maturus cancellatus appictus eſt H. I, ut cancelli K, & ſemina coronata L diſtinctè appareant.

12. Lepidocarpodendron; foliis ſericeis, brevibus, confertiſſimê natis; fructu gracili, longo. *Salix conophora, Africana, anguſto, obtuſo, folio, lanuginoſo. P. B. Prodr.* 372.

Frutex, Æthiopicus, conifer, foliis Cneori, Salici æmulus; medius. Breyn. Prodr. 2. 49. *Scolymocephalus, Africanus, argenteus, foliis Doryenii Plateau. Herman. Cat. Mt. Frutex, Africanus, paluſtris, flore rubro. Cod. Witſen.*

In paludoſis, humidis, imô & in ipſâ aquâ, Africæ, Arbor hæc aſſequitur proceritatem quinque vel ſex pedum, trunco eſt recto, gracili, digitum craſſo, tres pedes alto, qui deinde ramos dat diffuſos cortice viridi A lignum circumdans virideſcens B: folia C brevia, viridia, lanugine ſericeâ argenteâ ad margines pubeſcentia, abſque pedunculo & ordine, denſo congeſtu ſtipata ramos fere obtegunt; ramis hinc inde, arctê adcreſcunt calices longi, anguſti, ſquamoſi, ad ſextam ſæpe ſeriem ordinatis ſquamis inferioribus flavis, rubris ſuperioribus D; diſcus calicis occupatur caliculis hirſutis E, gerentibus florem F, quinque ſtaminibus maſculinis, plumatis G, conſtantem, & ovario H tubâ, longâ, rubrâ, plumatâ, primum dein flavâ inſtructo I; abeunte in ſemen K ex cinereo nigreſcens, oblongum, caudatum. L.



LEPIDOCARPODENDRON ; foliis sericeis , brevibus , confertissimè natis; fructu gracili , longo .



CONOCARPODENDRON ; foliis argenteis, fericeis, latiſſimis.

ΚΩΝΟΚΑΡΠΟΔΕΝΔΡΟΝ.

Folia ſparſa, integra.

Floſculi ſtaminei, apetali, anomali, quam ſimillimi præcedentis familiæ, ſed orti ex ſquamis fructus.

Calix in pleriſque, vel pericarpion, eſt corona foliacea, fructum ſuccingens.

Fructus conſtat ſquamis multis, axi communi ita commiſſis, ut forment conum, ut in Larice fere, ita, ut ex imo commiſſuræ axis cum ſquamis, oriatur flos, ex medio cujus ſemen in thecâ oblongâ, exeunte in bina longa filamenta, ornatum filamento longo gerente plumulam in apice unam, pluresve.

1. Conocarpodendron; foliis argenteis, ſericeis, latiſſimis. *Argyrodendros, Africana, foliis ſericeis, & argenteis. H. A. 2. 51. Leucadendros, Africana, Arbor tota argentea, ſericea, foliis integris. Plukn. Phyt. T. 200. F. 1. Atlas Tree. D. Hermans. Frutex, Æthiopicus, conifer, foliis lanuginoſis, omnium maximis. Herman Cat. Mt. Scolymocephalus Africana, foliis ſericeis, argenteis, longis, acutis. Herman. Cat. Mt. Afr. Conifera, Salicis facie, folio & fructu tomento ſericeo candicante obductis, ſemine pennato. Act. Lond. N. 198. p. 665. Frutex, Æthiopicus, conifer, foliis Cneori, lanuginoſis, Salici æmulus, omnium maximus. Breyn. Prod. 2. 49. Pinus Africana, ſive Witteboom. Cod. Witſen. Witteboom, Silverboom, vulgò Batavis.*

Quum Caſparus Commelinus, Vir Clariſſimus, atque rei herbariæ peritiſſimus, accuratè, ut ſolet, hanc deſcripſerit, ne verbum addo.

2. Conocarpodendron; folio craſſo, nervoſo, lanuginoſo, ſupra crenato, ibique limbo rubro; flore aureo; cono facilè deciduo. *Arbor, an Leucadendros, Africana, foliis ſerratis. D. Hermans? Conophoros, Capitis bonæ ſpei, folio in ſummo dentato. Raj. App.* 240. *Muſ. Petiver.* 240. *Leucadendros, Africana, Arbor argentea, ſummo folio crenato. Plukn. Alm.* 212. *Arbor Conifera Africana, ſeu Kreupelboom. Cod. Witſen. Scolymocephalus Africana, latifolia, lanuginoſa, foliis in ſummitate crenatis. Herman Cat. Mt. Afr. Chryſodendros vulgò. Kreupelboom, Goudboom, Brandhoutboom, vulgò Batavis.*

Circa montes Africæ, & in jugis horum, reperitur felici fœturâ propagata hæc Arbor, ſolo inprimis petroſo gaudens & ſcrupeo. Ex firmâ radice, & amplâ, primò effert caudicem in altitudinem bipedalem excreſcentem, atque craſſitiem quatuor pedum ſæpe aſſequitur; inde copioſi panduntnr rami in orbem effuſi, qui ad faſtigium ſuum in globoſam concreſcunt formam A, ex aggeſtis natam foliis, gerunt ibi magnum florem, aureum, globoſum B, qui inferiori ſuâ parte comprehendentem habet calicem, qui ſquamoſus habet multas lanuginoſas ſquamas; floſculi ſunt inter ſquamas calicis enati, & inde circumquâque diffuſi ita, ut conum undique obtegant, contenti caliculo hirſuto C, conſtant ſtaminibus aureis plumatis D, continetur & ibi ovarium E, inſtructum tribus tubis F, quod dein fit ſemen triquetrum; totus fructus maturus, facilè deciduus, eſt fructui præcedentis quam ſimillimus; cæterum Arbori huic cortex G eſt ex viridi cinereſcens piloſus valde, intus habens lignum album H. foco inſtruendo aptiſſimum; folia I, denſè congeſta, ſunt obſcurè viridia, craſſa, rigida, nervoſa, piloſa, ad ſuperiora crenata, atque ibi margine rubro ornata.

3. Co-



CONOCARPODENDRON ; *folio crasso , nervoso , lanuginoso , supra crenato , ibique limbo rubro ; flore aureo ; cono facilè deciduo .*







CONOCARPODENDRON; folio rigido, crasso, angusto; cono laricis parvo.

3. Conocarpodendron; folio rigido, craſſo, anguſto; cono Laricis parvo. *An Salix, Conophora, anguſto mucronato folio, glabro. P. B. Prodr.* 372? *Frutex Africanus Conifer latifolius. Cod. Witſen. An Scolymocephalus, Oleæ folio. D. Sherard. Raj. H.* 111. 10?

Diſtat ab Arce Promontorii bonæ ſpei in Africâ octodecim milliarium ſpatio locus, cui datum â Batavis nomen Houthoek, ubi ad pedes montium Arbor hæc ſatis frequens creſcit. Eſt illi radix ſatis firma, unde truncus brachium craſſus exit, qui mox diffundit ramos multos, erectos, rigidos, cum quibus octo quidem pedum proceritatem attingit; cortex A. illi ſcaber, & flaveſcens; folia B. ſparſa, ſaligna, cæſia, nervo flaveſcente. in fine ramulorum D collecta in orbem folia formant calicem magnum, expanſum, in centro ejus E enaſcitur ſquamoſus, lariceo ſimilis, conus F; intra ſquamas hujus coni enaſcuntur floſculi exigui G conſtantes parvis ſtaminibus maſculinis, & ovario H tubâ I inſtructo, quod dein per maturitatem fit ſemen oblongum, nigrum, caudatum.

4. Conocarpodendron; folio rigido, anguſto, apice tridentato, rubro; flore aureo. *Leucadendros, Africana, ſive Scolymocephalos, folio anguſtiori, apicibus tridentatis. Phytogr. nondum editæ. Plukn. Almag.* 212. *An Scolymocephalos Africana, humilis, flore dilutè purpureo, carinulâ albidâ, foliis in ſummitate dentatis. Herman. Cat. Mt. Afr. Herba Africana, coniſera, repens, flore luteo. Cod. Witſen.*

In ericetis creſcit & ſabuloſis campis, circâ petroſa, quæ Steenberg Batavis, hic Frutex; qui repente quaquaverſum ſub terrâ radice ſarmentoſa, luxuriante enaſcitur copiâ, procumbens & humilis, diſperſis undique ramis A dives; quibus folia B adnaſcuntur abſque ordine, fere ſine pedunculo, anguſto ortu ſenſim exeuntia in obtuſum, latumque, extremum C, quod tridentato, rubroque, apice finitur; ad ramos hinc inde inter folia D creſcunt coni ſquamoſi, & etiam in faſtigiis ramorum E; qui valde ſingularis fabricæ primò conum referunt ſquamoſum D qui apice hærens ramis, baſi ſurſum latiore terminatur, colore purpuraſcens, adultior in baſin ſquamoſam flaveſcentem F, exit; ex interſtitiis harum ſquamarum floſculi exeunt G multi, diffuſi, flavi, conum H, undique fere amplexi; conus maturus I, facilè deciduus, nigreſcens cinereus, ſquamas K deorſum flectit, inter quas ſemina habet ſquamis affixa, in baſi verò diffuſos cirros L.

5. Co-



CONOCARPODENDRON; *folio rigido, anguſto, apice tridentato rubro; flore aureo.*







CONOCARPODENDRON: *folio subrotundo, crasso, rigido, valde nervoso; cono longo variegato ex rubro & flavo; flore aureo.*

5. Conocarpodendron; folio ſubrotundo, craſſo, rigido, valde nervoſo; cono longo, variegato, ex rubro & flavo; flore aureo. *An Scolymocephalos Africana, foliis ſubrotundis, glabris, minor. Herman. Cat. Mt. Afr.?*

In Africæ loco, quem Houthoek Batavi dicunt creſcit & hæc Arbor, trunco pedem longo, craſſo brachium, valde multis ramis conſpicuo, cum quibus excreſcens unâ proceritatem ſæpe quinque pedum habet; cortex illi A eſt, & lignum B, flaveſcens; folia brevi, craſſo, flavo, pedunculo C orta, craſſa, nervoſa, rigida, glauca, glabra, ſubrotunda, denſo aggeſtu conferta, nervis flavis ornata, ſunt D; in fine ramorum oblongi, graciles, coni, ſquamoſi, partim flavi, partim rubri, naſcuntur E; qui dein aperti, florem F conſtituunt ita, ut in medio ſit conus G ſquamoſus, & ex commiſſuris H ſquamarum enaſcantur floſculi aureis longis ſtaminibus I donati, cum cirris rubris K interpoſitis; G, fructus maturus eſt coloris cinericei, ſquamis conſtans cavis H, quaſi tubuloſis, in quibus hærent ſemina ſubrotunda L, inſtructa plumulâ M.

6. Co-

6. Conocarpodendron; folio anguſto, rigido, breviori; cono parvo, aureo, coronâ foliaceâ ſuccincto. *An Scolymocephalos Africana, foliis brevioribus in tubercula deſinentibus. Herman. Cat. Mt. Afr.? Frutex Africanus, conifer, montanus. Cod. Witſen.*

In rupibus circa ingentem Africæ montem, quem Tabularium vocant Batavi, reperitur hic Frutex; qui ſatis ſimilis videtur illi, qui numero quarto deſcriptus: nam creſcit ex radice diffuſa caudex brevis craſſus, mox ramoſus, progrediente totâ Plantâ in altitudinem nunc binorum, nunc quatuor, pedum; eſt & illi cortex flavus A, tegens lignum virideſcens B; folia cæſia, glabra, anguſta, breviora, abſque ordine enata C; in ſummitate ramulorum folia flava, majora, in orbem congeſta D, formant ſpeciem calicis; in centro hujus conus parvus, ſquamoſus, ex flavo & rubro variegatus, baſi ſuâ ſurſum elatâ, dum apice hæret, enaſcitur E, qui inter ſquamas aureas F gerit ubique floſculos G, maturus verô explicat ſquamas H, antea applicatas F, in interſtitiis H ſquamarum naſcuntur ſemina rotundula, bicorniculata, nigra I.

7. Co-



CONOCARPODENDRON ; *folio angusto, rigido, breviori : cono parvo, aureo, coronâ foliaceâ succincto.*







CONOCARPODENDRON: *acaulon; folio rigido, nervoso, oblongo, latiori; cono fusco; semine oblongo; in medio quasi excavato.*

7. Conocarpodendron; acaulon; folio rigido, nervoſo, oblongo, latiori; cono fuſco; ſemine oblongo, in medio quaſi excavato. *Scolymocephalos Africana, latifolia, foliis Mezerei Germanici denſè ſtipatis, capitulis rarioribus, pluribus filamentis donatis. Herman. Cat. Mt. Afr. Frutex conifer, Africanus, flore rubro. Cod. Witſen.*

Circa montem dictum Piquet Berg naſcitur in Africâ & hic Frutex; qui ex radicibus format caudicem quam breviſſimum, unde juxta terram ilicò plures diffunduntur rami; his hærent abſque pedunculo, ſine certo ordine, folia A, cæſia, ſatis denſè congeſta; in cacumine unicus fere conus B, ſquamoſo admodum calice D contentus, ex interſtitiis ſquamarum floſculi E, ſtaminibus F rubellis præditi, dein cono maturo G, ſquamæ ſuperiores H explicatæ continent ſemina oblonga, inſtar fabæ inciſa, cinerea, oblonga I; ex ſquamarum verò iiſdem interſtitiis multa filamenta, tenuia, incurva K.

8. Conocarpodendron; foliis ſubrotundis, breviſſimis; capituli immaturi, globoſi, parte inferiori fuſcâ, mediâ aureâ, ſupremâ viridi. *Arbor conifera Africana. Cod. Witſen.*

In ſabuloſis Africæ ericetis, quæ binorum milliarium intervallo a Promontorio bonæ ſpei diſtant, truncum pedalem format hæc Planta, inde ſtatim ramoſa, A cortice nigricante tegens lignum flaveſcens B; folia huic C cæſia, ſubrotundula, parva, ſine pedunculo, abſque ordine certo, undique adnata; in cacumine D cujuſque ramuli fructus ſquamoſus ſphæricus, qui parte inferiori D fuſcus, mediâ E aureus, apice F viridi, inter ſquamas habet parvos floſculos G, præditos ſtaminibus ſuis; fructus maturus, fuſcus H inter ſquamas explicatas gerit ſemina nigra, oblonga I, intra caliculum quaſi coërcita K.

9. Co-



CONOCARPODENDRON; foliis subrotundis, brevissimis; capituli immaturi, globosi, parte inferiore fuscâ, mediâ aureâ, supremâ viridi.







CONOCARPODENDRON; folio tenuissimo, angustissimo, saligno; cono caliculato.

9. Conocarpodendron ; folio tenuiſſimo, anguſtiſſimo, ſaligno; cono caliculato. *Frutex conifer, flore luteo. Cod. Witſen.*

Frutex hic in altitudinem duorum pedum erigitur ad montium radices in Africâ; cortice ſcabro A fuſco-cinereo, ligno B ſimilis coloris; folia longa, anguſta, glauca, glabra, ſine ordine, abſque pedunculis G, in faſtigio ramulorum D, ut & hinc inde ad ramos E, naſcuntur fructus F, qui primò conſtare videntur caliculo inferiori quaſi quercino G, ex cujus centro conus H, ſquamoſus, rubellus, primò inſtructus floſculis I exiguis, inter ſquamulas hærentibus; conus maturus K, ex calice relicto L deciduus, ſquamas deorſum flectit M, quibus ſingulis ad puncta N hærent ſemina oblonga, apiculata O.

Hanc iconem largitus eſt Clariſſimus Botanicus Caſparus Commelinus.

10. Conocarpodendron; folio tenui, anguſto, ſaligno; cono caliculato, coronâ foliaceâ ſuccincto. *Frutex conifer, Africanus, aquaticus. Cod. Witſen.*

Ibidem in paludibus & hic creſcit in altitudinem quinque pedum; cortex A purpuraſcens, ſcaber; folia longa, acuta, ſaligna, ſparſa ſine ordine, nata ſine pedunculo B; in extremo ramulorum C folia multa, aurea, in orbem nata, calicem quaſi radiatum faciunt D in cujus centro naſcitur calix quaſi Quercinus E ſuſtinens conum ſquamoſum F cum ſeminibus G, omni modo ut in præcedentibus.



CONOCARPODENDRON ; *folio tenui, anguſto, ſaligno ; cono caliculato, coronâ foliaceâ ſuccincto.*







HYPOPHYLLOCARPODENDRON : *foliis lanuginosis, in apice trifido, rubro, quasi floreſcens.*

ΥΠΟΦΥΛΛΟΚΑΡΠΟΔΕΝΔΡΟΝ.

Folia, & facies, ut Lepidocarpodendri, & Conocarpodendri.
Calix in alis foliorum multifidus.
Flos vaginam referens herbaceus.
Piſtillum floris, multis inſtructum plumulis, fit ſemen oblongum iiſdem plumulis ornatum.

1. Hypophyllocarpodendron; foliis lanuginoſis; in apice trifido, rubro, quaſi floreſcens. *Leucadendro ſimilis Africana Arbor, argentea, folio ſummo crenaturis florida. An Leucadendros, foliis ſerratis. D. Herman. Plukn. Phytogr. 200. Fig. 2? Scolymocephalos Africana, montana, flore rubro. ſive Kreupelboom. Cod. Witſen.*

In ſcrupeâ parte montis Tabularii ſupremâ pulchra hæc Arbor prodit ex longâ radice, pedali primo trunco, dein valde ramoſis brachiis, uſque in proceritatem novem pedum erigitur; cortex A cinereus, piloſus, lignum B tegit coloris fere ejuſdem; folia C glauca, nervoſa, nervis flavis, lanugine argenteâ, denſè ſimul ſtipata, abſque ordine & pedunculo, in apice D tribus dentibus rubris ornata, caulem arctè amplexa; in ſummitate primò calix viridis E, intrâ hunc vagina longa, fragilis, cava, foliacea, viridis F, intra quam, flos ſtaminibus G plumoſis, & apiculis H præditus, cui in imo vaginæ fundo ſemen exiguum ovatum adcreſcit. Vaginæ autem F primò virides, deinde rubeſcere videntur; omnia verò hæc denſo foliorum aggeſtu occultantur.

2. Hypophyllocarpodendron; foliis inferioribus apice trifido, rubro, ſuperioribus penitus rubris, glabris. *Scolymocephalus Africana, foliis anguſtis, brevioribus, tribus in ſummitate denticulis, capitulis foliolis interceptis. Herman. Cat. Mt. Afr.*

Uliginoſis, depreſſis, circa Sylvam rotundam, locis ad ſeſqui milliare a Promontorio bonæ ſpei, ex craſſâ radice, abſque trunco, multis ramis ad trium pedum altitudinem creſcit hic Frutex; cujus folia A ſparſa, abſque pedunculo accreſcunt ramis, atroviridia, apice rubro tridentato B; in ſummitate flos C ex longâ vaginâ D ſtaminoſus, folio rubro E accreſcit; ſemine in fundo calicis latente.

Omnes hæ Plantæ, tenellæ admodum, nec frigus patiuntur, nec ferunt putationem; imò verò rudius tractatæ languent ilicò, atque immedicabili tabe pereunt vel ex avulſione foliorum: quare ſolicitè contra omnes aëris injurias defendi, rarò attingi, & prudenter irriguo humore perfundi ad radicem debent.



HYPOPHYLLOCARPODENDRON; foliis inferioribus apice trifido, rubro, superioribus penitus rubris, glabris.



ARBORES ET FRUTICES; FLORE AMENTACEO, IN EADEM PLANTA SEPARATO A FRUCTU MOLLI.

Cedrus. T. 588. 361.

Folia ſquamoſa, Cypreſſi æmula.
Flos amentaceus conſtans foliolis multis donatis apicibus multis.
Fructus in eâdem Plantâ loco a flore remoto natus eſt bacca turgens oſſiculis angulatis, fœtis ſemine oblongo.

1. Cedrus folio Cypreſſi; major; fructu flaveſcente. *C. B. P.* 487. *Cedrus, Lycia, retuſa Bellonio dicta. I. B.* 1. 300. *Oxycedrus, Lycia. Dod. p.* 853. *Juniperus, major, Dioſcoridis. Cluſ. H.* 38. *Thuyæ genus quartum. Lugd.* 61. *Sabina, baccifera. Lob. Ic.* 220. 2. *H.*

2. Cedrus; folio Cypreſſi; media; majoribus baccis. *C. B. P.* 487. *Cedrus, Phœnicea, altera Plinii & Theophraſti. Lob. Ic.* 221. *Thuya, Maſſilienſium. Lugd.* 59. *Juniperus ex Goâ. H. L. Cedrus ex Goâ, vulgò. Sabina, Goënſis. Raj. H.* 1916. *Juniperus, Caroliniana, Thuyæ ramulis fuſis & compreſſis, odoratior. Plukn. Phyt. T.* 40. *F.* 9. *H.* Videtur Arbor ſynonymis his deſignari eadem: quantum deſcriptionum, & iconum, comparatarum inter ſe, & cum Plantâ noſtrâ, contemplatio docet. Cl. Rajus Cedro Goënſi adſcribit fructum Sabinæ.

Sabina.

Folia Cupreſſi compactiora.
Bacca verrucoſa.
Odor gravis, valde ſingularis.

1. Sabina; folio Tamariſci; Dioſcoridis. *C. B. P.* 487. *Sabina, ſterilis. I. B.* 1. 9. 288. *Sabina. Dod. p.* 854. *Sabina Mas.*

2. Sabina; folio Cypreſſi. *C. B. P.* 487. *Sabina baccifera. I. B.* 1. 9. 288. *Sabina Fœmina.* An huc referenda, dubitandum: forte fert mas flores, baccas fœmina. Auctorum verò deſcriptio hæret, nutatque.

Ju-

JUNIPERUS. T. 588. 361.

Folia plana, acuta, terna ſemper in eodem ambitu caulium alternè ſic poſita, ut apicem ramuli cujuſque intuenti ſena appareant.
Flos, & fructus, ut Cedri.

1. Juniperus; vulgaris; fruticoſa. *C. B. P.* 488. *Juniperus, vulgaris, baccis parvis, purpureis. I. B.* 1. 293. *Juniperus. Dod.* 852. *Juniperus, minor. Lugd.* 67.
2. Juniperus; vulgaris; Arbor. *C. B. P.* 488. *Juniperus, vulgaris, celſior & arboreſcens. Cluſ. H.* 38. *H.*
3. Juniperus; Bormudiana. *H. L.* 345. *Cedrus, Bormudiana. Vulgô. H.*
4. Juniperus; Virginiana. *H. L.* 345. *Folio ubique, Juniperino. Cedrus; Virginianâ. Vulgô H.*
5. Juniperus; Virginiana; foliis inferioribus juniperinis, ſuperioribus Sabinam, vel Cypreſſum, referentibus. *Juniperus, Virginiana, Cypreſſi foliis, rarioribus acutis, Sabinam redolens. Plukn. Alm.* 201. *Juniperus, Virginiana & Barbadenſis. Raj. H.* 1413. Rami huic penduli. *H.*
6. Juniperus; Virginiana; ramis intortis, pendulis, expanſis; folio toto Juniperino.

TAXUS. T. 589. 362.

Folia Juniperinis latiora, craſſiora, obtuſiora, pectinatim poſita.
Flos amentaceus conſtans calice ſquamoſo, ex centro ejus ſtylus emergit unus, inſtructus multis teſticulis, ſive apicibus multis, fungiformibus.
Fructus, alio quam flos ejuſdem Plantæ loco, natus ſit bacca pulpoſa, cava, inſtar ollæ, aut & glandiformis, continens unum ſemen.

1. Taxus. *C. B. P.* 505. *I. B.* 1. 9. 241. *Dod. p.* 859.
2. Taxus; folio latiori, magiſque ſplendente.
3. Taxus; foliis variegatis. *H. R. Par. App.*

Mo-

MORUS. *T.* 589. 362.

Folia ſcabra, ſubrotunda.
Flos amentaceus, conſtans tribus ſtaminibus ex calice quadrifolio oriundis, poſito in centro floris loculo aquoſo. Malp. An. Pl. 52. 214. *D. E.*
Fructus, alio Plantæ loco natus quam flos, componitur ex axi longo, cui undique accreſcunt ova, quaſi conſtaret multis glomerulis, qui ſinguli conſtant bacculâ ſuccolentâ inſtructâ tubâ tortili A, quæ cingitur quatuor foliolis, B, multi uniti faciunt fructum. Malp. An. Pl. 67. 269. *A. B.* & 52. 214. *A. B. C. Continent ſemen ſubrotundum.*

1. Morus; fructu nigro. *C. B. P.* 459. *Morus, nigra. I. B.* 1. 118. *Morus. Dod. p.* 810.
2. Morus; fructu albo. *C. B. P.* 459. *Morus, alba. I. B.* 1. 119. *Morus, candida. Dod. p.* 810.
3. Morus; fructu albo; humilior; profundius laciniata. *C. B. P.* 459. *Var.*

ARBORES ET FRUTICES; FLORE AMENTACEO IN EADEM ARBORE REMOTO A FRUCTU DURO.

PLATANUS. *T.* 590. 363.

Folia magna, laciniata.
Flos amentaceus, in globum compoſitus, conſtans ſtaminibus multis.
Fructus, ſeparatus a flore, globoſus continet ſemina longa, apiculata, numeroſiſſima, cum lanugine multâ intermiſtâ.

1. Platanus; Orientalis; verus. *Park. Th.* 1427. *Platanus. C. B. P.* 431. *I. B.* 1. 170. *Dod. p.* 842. *Platanus, pilulis majoribus. H. L.*
2. Platanus; Occidentalis; aut Virginenſis. *Park. Theatr.* 1427. *Platanus, pilulis minoribus H. L. Platanus, novi Orbis, foliis veſpertilionum alas referentibus, globulis parvis. Plukn. Alm.* 300.

ARBORES ET FRUTICES; FLORE AMENTACEO, QUORUM ALII IN EODEM GENERE FLORES, FRUCTUS ALII, GERUNT.

SALIX. T. 590. 363.

Folia integra.

Flos amentaceus, ſpicatus, conſtans ſtaminibus multis, in ſolo mare.

Ovaria inſtructa tubâ longâ, inſtructâ quatuor corniculis, conoïdea, ita componuntur, ut fiat fructus ſpicatus, continens numeroſas capſulas cornu referentes, per maturitatem bifariam dehiſcentes, fœtaſque ſeminibus multis pappoſis, in ſolâ fœminâ.

1. Salix; vulgaris; alba; arboreſcens. *C. B. P.* 473. *Salix, maxima, fragilis, alba, hirſuta. I. B.* 1. 8. 212. *Salix, Dioſcoridis. Lob. Ic.* 136. *Salix, alba, perticalis. Lugd.* 275. *Salix. Dod. p.* 843. †.

2. Salix; vulgaris; nigricans; folio non ſerrato. *C. B. P.* 473. †.

3. Salix; vulgaris; rubens. *C. B. P.* 473. †.

4. Salix; lutea; ſativa; folio crenato. *C. B. P.* 473. *Salix, lutea, tenuior, ſativa, viminea. I. B.* 1. 8. 214. *Salix, aquatica. Ger.* 1389.

5. Salix; folio amygdalino, utrimque virente, aurito. *C. B. P.* 473. *Salix, ſpontanea, fragilis, amygdalino folio, auriculata, & non auriculata. I. B.* 1. 8. 214.

6. Salix; oblongo, acuto, incano, folio. *C. B. P.* 474. *Salix, oblongo, incano, folio. C. B. Prodr.* 159. *Salix, foliis longiſſimis, criſpis, ſubtus albicantibus. I. B.* 1. 8. 212.

7. Salix; folio longo, anguſto, acuto, leviter ſerrato, ſupra viridi, infrâ albeſcente; viminibus luteis.

8. Salix; Platyphyllos; Leucophlæos; Dalechampii. *Lugd.* 276.

9. Salix; foliis longiſſimis, anguſtiſſimis, ſuprâ atroviridibus, infra incanis, margine criſpo.

10. Salix; folio longo, utrimque viridi, acuto, ſerrato.

11. Salix; montana; major; foliis Laurinis. *H. R. Par.*

12. Salix; latifolia; rotunda. *C. B. P.* 474. *Salix, latifolia, infernè hirſuta. I. B.* 1. 8. 215.

13. Salix; folio ex rotunditate acuminato. *C. B. P.* 474. *Salix, aquatica. Lob. Ic.* 137. *Salix, caprea, latifolia. Ger.* 1390.

14. Salix; humilis; capitulo ſquamoſo. *C. B. P.* 474. *Salix, tenuior, folio minore, utrimque glabro, fragilis. I. B.* 1. 8. 213. *Salix, Helice Theophraſti. Lugd.* 277.

15. Sa-

15. Salix; folio longo, non auriculato; viminea rubra. *Cat. Cantabrig.*

16. Salix; pumila; foliis utrimque candicantibus & lanuginosis. *C. B. P.* 474.

17. Salix; pumila; brevi anguſtoque folio, incano. *C. B. P.* 474. *Salix, humilis, repens. Lob. Ic.* 138. 2. †.

18. Salix; minima; flore eleganti luteo. *An Salix, pumila, montana, folio rotundo. Raj. H.* 1423? *Salix, pumila, folio rotundo. I. B.* 2. 8. 217.

Populus. T. 392. 365.

Folia ſubrotunda.

Flos amentaceus conſtans foliolis apiculatis, in mare ſolo ita fit: ex calice ſquamoſo emittitur axis longus, cui accreſcunt undequaque floſculi maſculini, ita, ut uniti referant caudam cati; ſinguli horum fiunt membranulâ tenui, caducâ, margine piloſo inſtructâ, ſub hac alia membrana, minus caduca, ex quâ parte ſupinâ enaſcuntur ſtamina octo, inſtructa teſticulis rubris, oblongis: membranula illa matura, ſecto margine, lanugine fimbriâ ornatur. Malp. An. Pl. 53. 219. *A. B. C.*

Fructus conſtat multis foliolis tegentibus campanæ ſimiles cellulas, in quibus latet Embryo abeuns in ſiliquam membranaceam, bifariam dehiſcentem, ſpicatam, fœtam ſeminibus multis pappoſis, in ſolâ fœminâ. Malp. An. Pl. 53. 219. *D.*

1. Populus; alba; majoribus foliis. *C. B. P.* 429. *Populus, alba, latifolia. Lob. Ic.* 193. 2. *Populus, alba,* λεύκη. *I. B.* 1. 8. 160. *Populus, alba. Dod. p.* 835. †.

2. Populus; alba; minoribus foliis. *C. B. P.* 429. *Lob. Ic.* 193. 2. *Populus, alba, folio minore. I. B.* 1. 8. 160. †.

3. Populus; nigra. *C. B. P.* 429. *Dod. p.* 836. *Lob. Ic.* 194. 2. *Populus, nigra,* αἴγειρος. *I. B.* 1. 8. 155. †.

4. Populus; tremula. *C. B. P.* 429. *Populus, Lybica. Dod. p.* 836. *Lob. Ic.* 194. 2. *Populus, Lybica,* κερκὶς *Theophraſti. I. B.* 1. 8. 163.

5. Populo ſimilis Arbor; reſinoſa; altera. *C. B. P.* 430. *Tacamahaca. Ibid.*

ARBORES, ET FRUTICES; FLORE MONOPETALO.

Quorum ovarium, in flore latens, fit fructus mollis, fœtus seminibus callosis.

RHAMNUS *T.* 593. 366.

Flos monopetalus, infundibuliformis, tetrapetaloïdes, vel pentapetaloïdes.

Pistillum fit bacca mollis, plena succi, fœta seminibus quatuor callosis, gibbis ab unâ, ab alterâ parte planis.

1. Rhamnus; Catharticus. *C. B. P.* 478. *I. B.* 1. 55. *Lugd.* 146. *Rhamnus, solutivus. Dod. p.* 756. *Spina, infectoria. Clus. H.* 111.

2. Rhamnus; spinis oblongis; cortice albo Monspeliensium. *I. B.* 1. 6. 31. *Rhamnus,* 1. *Clus. H.* 109. *Jasminoïdes. Lutetiis jam dicta. H.*

3. Rhamni primi; altera species. *Clus. H.* 109. *Huic idem, vel sanè quam simillimus, adest, qui in Africâ crescit. H.*

4. Rhamnus; spinis oblongis; flore candicante. *C. B. P.* 477. *Rhamnus, secundus Monspelienſium, penæ. Lugd.* 140. *H.*

5. Rhamnus; Hispanicus; folio Buxi; minor. *T.* 593. *Lycium, Hispanicum, folio Buxi. C. B. P.* 478. *Lycium, Quorundam, folio Myrti Tarentinæ aut Buxi. I. B.* 1. 34. *Lycium, Quorundam. Clus. H.* 111. *H.*

6. Rhamnus; Afer; folio Pruni sylvestris leviter serrato; spinis brevioribus. *H.*

7. Rhamnus; Americanus; folio Buxi rotundo; spinis alternis. *An Rhamnus, Maderaspatanus, foliis pendulis, spinis longioribus nudis. Plukn. Phyt. T.* 219. 4? *H.*

8. Rhamnus; Afer; spinis longis; cortice albo; fructu cæruleo. *Ind.* 246. *Rhamni* 1 *altera species. Clus. H.* 109. *Ic.* 110. *Descr. Foliis longioribus flore atropurpureo. H.*

9. Rhamnus; Afer; folio Pruni longiori, subrotundo; flore candicante; spinis longissimis. *Lycium, Pruni folio subrotundo, flore candicante. Ind.* 246. *An & Rhamnus, Hispanicus, Oleæ folio. T.* 593? *spinis longissimis. H.*

10. Rhamnus; Hispanicus; folio Buxi ampliori. *T.* 593. *H.*

11. Rhamno similis; Africana; fructu triloculari; folio Pyracanthæ. *Lycium, Æthiopicum, Pyracanthæ folio. H. A.* 1. 163. *Lycium, Africanum, fructu rubro, potius Euonymo affinis. Ind.* 246. Differt à Rhamnis flore & fructu, ut & a Lyciis dictis Plantis. Euonymis proximè convenit, ut utriusque examen docet. Vid. omninò. *H. A.* 163.

THYMELÆA. T. 594. 366.

Folia integra.
Flos monopetalus, utcunque infundibuliformis, quadrifidus.
Ovarium in centro floris fit fructus ovatus, succi plenus, vel siccus, fœtus semine oblongo.

1. Thymelæa; Lauri folio, sempervirens; seu Laureola Mas. T. 595. *Laureola, sempervirens, flore viridi, Quibusdam Laureola Mas. C. B. P. 462. Laureola, sempervirens, flore luteolo. I. B. 1. 564. Laureola. Dod. p. 365. Daphnoïdes, sive Laureola. Lugd. 211. H.*
2. Thymelæa; Lauri folio deciduo; sive Laureola Fœmina. T. 595. *Thymelæa, folio deciduo, flore purpureo, Officinis Laureola Fœmina. C. B. P. 462. Laureola, folio deciduo, sive Mesereon Germanicum. I. B. 1. 566. Chamælæa, Germanica. Dod. p. 364. Laureola, Fœmina. Lugd. 212. Laureola. H. Eyst. Hyem. o. 1. F. 7. Fig. 2. H.*
3. Thymelæa; Lauri folio deciduo; flore albido; fructu flavescente. T. 595. *Laureola, folio deciduo, flore albo, Officinis Laureola fœmina. C. B. P. 462. Var. H.*
4. Thymelæa; Alpina; linifolia; humilior; flore purpureo; odoratissima. T. 594. *Thymelææ affinis facie externâ. C. B. P. 463. Cneoron, Matthioli, Suffrutex. I. B. 1. 570. Cneoron, Matthioli. 46. Cneoron, alterum, Matthioli. Lugd. 1365. H.*

ALATERNUS. T. 595. T. 366.

Folia alterna, sempervirentia.
Calix tubulosus, profundè quinquefidus, instar stellæ expansus, ex parte internâ calicis ex interstitiis segmentorum
Flos monopetalus, infundibuliformis, quinquepartitus, quasi stellæ in modum expansis segmentis.
Ovarium in fundo imi calicis, donatum tubâ erectâ trifidâ, fit bacca fœta ternis seminibus, gibbis ab unâ, ab alterâ parte angulatis.

1. Alaternus; Hispanica; Celastrus dicta. *Celastrus Theophrasti. Clus. Cur. Post. 2. C. B. P. 477. H.*
2. Alaternus; latifolia; Celastrus dicta; folio variegato. *Ind. 247. ex aureo & viridi. H.*
3. Alaternus; 1. *Clus. Hisp. 57. Hist. 5.* Phylica; elatior. *C. B. P.*

476. *Spina Burgi, Monſpelienſium. I. B.* 1. 542. *Alaternus, prior Cluſii, Celaſtrus Mas Theophraſti. Lugd.* 159. *H.*

4. Alaternus; minori folio. *T.* 595. *Alaternus*, 11. *Cluſ. Hiſp.* 58. *Hiſt.* 50. *I. B.* 1. 542. *Philyca, humilior. C. B. P.* 477. *Alaternus, ſecundus Cluſii, Celaſtrus Theophraſti fœmina. Lugd.* 159. *H.*

5. Alaternus; ſeu Phylica; foliis anguſtioribus & profundius ſerratis. *H. L. Alaternus, Monſpeliaca, foliis profundè inciſis. H. R. Par. H.*

6. Alaternus; ſeu Phylica; aurea; ſive foliis ex luteo variegatis. *H. R. Par.* 6. *Alaternus, foliis ex luteo variegatis. M. H. Bloeſ.* 227. *H.*

7. Alaternus; argentea; ſeu foliis ex albo variis. *H. R. Par. Alaternus, foliis ex albo variegatis. M. H. R. Bloes.* 227. *H.*

8. Alaternus; Hiſpanica; latifolia. *T.* 596. *H.*

9. Alaternus; Balearica; humilis; foliis ſubrotundis, ferreâ rubigine nigricantibus. *Salvad. H.*

ALATERNOÏDES. *C. Commel. H. A.* 2. 1.

Folia alterna, ſempervirentia.
Flos tetrapetaloïdes, vel pentapetaloïdes, perianthio bifolio ſuccinctus.
Fructus ſiccus, trilocularis, tricoccos, ut in Tithymalo.

1. Alaternoïdes; Africana; Ericæ foliis; floribus albicantibus & muſcoſis. *H. A.* 2. 1. *Alaternoïdes, Afra, folio Ericæ, flore muſcoſo, albo. Ind.* 248. *H. R. D.*

2. Alaternoïdes; Africana; Telephii legitimi Imperati folio; flore viridi. *H. A.* 2. 3. *H. R. D.*

3. Alaternoïdes; Africana; Lauri ſerratæ folio. *Commel. Præl. & Rar.* 61. *H. R. D.*

4. Alaternoïdes; Africana; folio craſſo, hirſuto, Ilicis. *H. R. D.*

PHILLYREA. *T.* 596. 367.

Folia conjugata, ſempervirentia.
Flos monopetalus, campaniformis, quadripartitus, calice quadrifido contentus.
Ovarium in fundo calicis fit fructus globoſus, fœtus ſemine rotundo.

1. Phillyrea; craſſo, latiſſimo, atroviridi folio quaſi Ilicis. *H.*

2. Phillyrea; latifolia; lævis. *C. B. P.* 476. *Phillyrea, Arbor; Lobelio. I. B.* 1. 540. *Phillyrea Arbor Galloprovinciæ verior Macaleb Serapionis. Lob. Ic.* 132. 2. *Phillyrea, Mahaleb Serapionis. Lugd.* 154. *H.*

3. Phil-

3. Phillyrea; latifolia; ſpinoſa. *C. B. P.* 476. *Phillyrea, folio Ilicis. I. B.* 1. 541. *Phyllyrea. Cluſ. H.* 51. *H.*

4. Phillyrea; latifolia; ſpinoſa. *C. B. P. Longiori folio. Ind.* 248. *Folia latiora, longiora, ſpinoſa, nigriora. H.*

5. Phillyrea; folio leviter ſerrato. *C. B. P.* 476. *Phillyrea, folio Alaterni. I. B.* 1. 541. *Phillyrea,* 11. *Cluſ. H.* 52. *Lugd.* 155. *H.*

6. Phillyrea; folio magis ſerrato, ſubrotundiori. *Ind.* 248. *nigro. H.*

7. Phillyrea; folio Liguſtri. *C. B. P.* 476. *Phillyrea, latiuſculo folio. I. B.* 1. 539. *Phillyrea,* 111. *Cluſ. H.* 52. *Cyprus, latiore folio. Dod. p.* 776. *Phillyrea, Narbonenſis. Lob. Ic.* 135. 2. *H.*

8. Phillyrea; anguſtifolia; prima. *C. B. P.* 476. *Phillyrea, anguſtifolia. I. B.* 1. 538. *Phillyrea,* 1111. *Cluſ. H.* 52. *H.*

Ligustrum. *T.* 596. 367.

Folia conjugata, caduca.

Flos monopetalus, infundibuliformis, tetrapetaloïdes, & pentapetaloïdes calici exiguo inniteus.

Ovarium, in imo calicis, fit fructus globoſus, mollis, ſucci plenus, fœtus ſeminibus quatuor, ab unâ gibbis, planis ab alterâ parte.

1. Liguſtrum. *I. B.* 1. 528. *H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 13. *Fig.* 2. *Liguſtrum, Germanicum. C. B. P.* 475. *Phillyrea. Dod. p.* 775.

2. Liguſtrum; foliis è luteo variegatis. *H. R. Par. Liguſtrum, variegatum. Munt. H.* 254 *Liguſtrum, foliis auratis. Breyn. Prodr.* 41.

3. Liguſtrum; foliis argentatis. *Breyn. Prodr.* 41.

4. Liguſtro ſimilis Arbor; Africana. *Slangenboom vulgò Batavis. H.*

Laurus. *T.* 597. 367.

Flos monopetalus, pelviformis, quadrifidus, aut pentapetaloïdes plerumque, nudus, ſtaminibus octo quaſi ramoſa, & brachiata in mare.

Ovarium ſit fructus ovatus, bacca, ſub cortice duro tegens capſulam unilocularem fœtam ſemine ſimili. in fœminâ. Malp. An. Pl. 43. 145. 58. 238.

1. Laurus; Indica. *Hort. Farneſ. Ald.* 61. *Laurus, Americana. Sterb. Citric.* 257. *Laurus, regia. C. H. R. Par.* 102. *Cinnamomum, ſpurium. Vulgò. H.*

2. Laurus; latifolia; πλατυτέρα; Dioſcoridis. *C. B. P.* 460. *Laurus, latiori folio. Lugd.* 351. *Mas. H.*

3. Lau-

3. Laurus; latifolia; Fœmina. *H.*

4. Laurus; vulgaris. *C. B. P.* 460. *Laurus. I. B.* 1. 405. *Laurus, cum flore. H. Eyst. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 6. *Fig.* 2. *Mas. H.*

5. Laurus; vulgaris; folio elegantissimè variegato aureo. *H.*

6. Laurus; vulgaris; Fœmina. *H.*

7. Laurus; vulgaris; folio undulato. *H. R. Par. Mas.*

8. Laurus; vulgaris; folio undulato, Fœmina. *H.*

9. Laurus; tenuifolia. *Mas. Tab.* 1361. *H.*

10. Laurus; tenuifolia; Fœmina. *H.*

11. Laurus; Africana; minor; folio Quercus. *H. A.* 2. 161. *H. R. D.*

12. Lauro similis; folio tenero. *Ind.* 240. *Arbor, Brasiliana, Myrti-Laureæ foliis inodoris. H. A.* 1. 173. *H.*

Jasminum. *T.* 597. 368.

Folia in plerisque pinnata.

Calix monophyllus, quinquefidus.

Flos monopetalus, infundibuliformis, quinquefidus, pentapetaloïdes in orâ superiori, centro floris villoso, stamina plerunque quinque, aut pauciora.

Ovarium in centro calicis, tubâ longâ instructum, abit in baccam fœtam uno, vel altero, semine, plerunque tamen dicoccam.

1. Jasminum; vulgatius; flore albo. *C. B. P.* 397. *Jasminum, sive Gelseminum, flore albo. I. B.* 2. 101. *Gelseminum, vulgatius, Jasminum. Lob. Ic.* 105. *Jasminum, albo flore. H. Eyst. Æst.* 0. 11. *F.* 2. *Fig.* 1. *H.*

2. Jasminum; humilius; magno flore. *C. B. P.* 398. *Jasminum, Hispanicum, flore majore, externè rubente. I. B.* 2. 101. *Gelseminum, Catalonicum. H. Eyst. Æst.* 0. *Arb. & Frut. F.* 13. *Fig.* 1. *H.*

3. Jasminum; humile; luteum. *C. B. P.* 397. *Jasminum, flore luteo. H. Eyst. Æst.* 0. 11. *F.* 2. *Fig.* 2. *Jasminum, sive Gelseminum, luteum. I. B.* 2. 101. *Jasminum, luteum. Lob. Ic.* 106. *H.*

4. Jasminum; luteum; vulgò dictum bacciferum. *C. B. P.* 398. *Trifolium, fruticans, Quibusdam Polemonium, flore luteo. I. B.* 1. 374. *Polemonium, Monspelienstum. H. Eyst. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 11. *Fig.* 4. *Trifolium, fruticans. Dod. p.* 571. *H.*

5. Jasminum; Indicum; flavum, odoratissimum. *Ferr. Flor. Cult.* 393. *Jasminum, flavum, odoratum. H. R. Par.* 94. *Munt.* 224. *H.*

6. Jasminum; Africanum; folio Ilicis; flore solitario, ex alis foliorum proveniente. *Comm. Rar. Exot.* 6. *H. R. D.*

7. Jasminum; Azoricum; trifoliatum; flore albo, odoratissimum. *H. A.* 2. 159. *Jasminum, Americanum, trifolium, flore albo odoratissimum. H. L. App.* 676.

8. Jas-

8. Jaſminum, ſive Sambach Arabum; Alpini. *I. B.* 2. 102. *Syringa, Arabica, foliis mali Arantii. C. B. P.* 398. *Sambac Leſmin Arabicum. Alp. Æg. C.* 19. *Nálla mullâ. H. M.* VI. *T.* 50. *Jaſminum, Indicum, foliis conjugatis, maximis, flore albo odoratiſſimum. Ind.* 250. *H.*

9. Jaſminum; Arabicum; foliis Limonii conjugatis; flore albo, pleno, odoratiſſimo. *H.*

10. Jaſminum; Arabicum; Caſtaneæ folio; flore albo, odoratiſſimo; cujus fructus Coffy, in Officinis dicuntur Nobis. *Comm. Pl. Uſ.* 72. *Jaſminum, Caſtaneæ folio, flore odoratiſſimo, rubro, fructu, qui Coffê, duro. Commel. Ind.* 250. *Bon Veſling. in Alpin.* 21. *Alpin. Æg.* 26. *Caova Ægyptiis. Bon Arbor. Alpin. Medic. Æg.* 122. *b. Bon Seminis uſus. Id. Ib.* 122. 6. *Euonymo ſimilis, Ægyptiaca, fructu Baccis Lauri ſimili. C. B. P.* 428. *Bon, vel Ban, Arbor. I. B.* 1. 4. 422. *Buna, Bunnu, & Bunchos, Arabum. I. B.* 1. 4. 421. *Arbor, Bon, cum fructu ſuo Buna. Park. Th.* 1622. 1623. *Coffé Tree Britannis. Plukn. Phyt. T.* 272. *Fig.* 1. *Icon. Buna. Cluſ. Plantar. Hiſtor. Exotic.* 236. *H.*

Ampliſſimus Vir, Nicolaus Witſen, Amſtelædamenſis Conſul, atque Indiæ Orientalis Societati Præfectus, poſtquam ſæpe literis monuerat Primum Societatis Indicæ Orientalis Præfectum Van Hoorn, ut ſemina recentia Caffê Moſchâ Arabiæ felicis urbe deferenda curaret, atque in inſulâ Javâ, in cujus metropoli Bataviâ habitabat, terræ commiſſa foveret: cui ille juſſo parens, arboreſque inde nactus plurimas, unam miſit Ampliſſimo Viro, qui ſtatim quam liberaliſſimê incomparabili hoc ornamento donavit hortum Amſtelædamenſem, cujus olim & Conditor fuerat. Ibi tulit dein fructus, ex quibus ſatis novæ aſſiduô ſtirpes prodeunt. Ita quidem, ut rariſſimæ Arboris ſpectaculum in Europâ unius Witſen curæ debeatur & liberalitati, errentque qui aliter de hac re publicê commentati ſunt, ut ſuis ad me datis ipſe Ampliſſimus Vir me monuit.

ARBUTUS. *T.* 598. 368.

Folia ſubrotunda, ſerrata, ſempervirentia.
Flos monopetalus, campaniformis, globoſus, in urceolum formatus.
Piſtillum calicis fit fructus globoſus, carnoſus, facie externâ Fragi, quinquelocularis, in ſingulis loculis ſemina plura placentæ accreta.

1. Arbutus; folio ſerrato. *C. B. P.* 460. *Arbutus, Comarus Theophraſti. I. B.* 1. 83. *Arbutus. Dod. p.* 804. *H.*

ARBORES ET FRUTICES; FLORE MONOPETALO, QUI OVARIUM INTRA FLOREM HABET, QUOD ABIT IN FRUCTUM SEMINIBUS OSSEIS FOETUM.

STYRAX. T. 598. 369.

Folia ſubrotunda.
Calix dentatus, ampulloſus.
Flos monopetalus, parte inferiori tubulatâ, ſuperiori multifidâ, inſtar ſtellæ expanſilibus laciniis.
Ovarium ex centro calicis dentati multifidi fit fructus ſubrotundus, carnoſus, uno vel altero oſſiculo plerumque fœtus, in quo continetur nucleus.

1. Styrax; folio Mali Cotonei. *C. B. P.* 452. *Styrax, Arbor. I. B.* 1. 341. *Styrax. Lob. Ic.* 151. *H.*

OLEA. T. 598. 320.

Folia oblonga, ſempervirentia.
Calix dentatus, multifidus. Malp. An. Pl. 40. 115.
Flos monopetalus, parte inferiori tubulatus, ſuperiori quadripartitus.
In centro calicis dentati, multifidi, ovarium fit fructus ovatus, mollis, pulpoſus, fœtus oſſiculo oblongo, duro, in quo ſemen ſimile.

1. Olea; ſativa. *C. B. P.* 472. *I. B.* 1. 6. 1. *Lugd.* 342. 343. *Olea. Dod. p.* 821.
2. Olea; ſylveſtris; folio duro, ſubtus incano. *C. B. P.* 472. *Oleaſter, ſive Olea ſylveſtris. I. B.* 1. VI. 17. *Sylveſtris Olea. Cluſ. H.* 26. *H.*
3. Olea; Afra; folio Buxi, craſſo, atroviridi, lucido; cortice albo, ſcabro. *H.*
4. Olea; Afra; folio longo, lato, ſuprâ atroviridi ſplendente, infra pallidè viridi. *Slangenhout vulgò Batavis. H.*
5. Olea; Afra; folio longo, anguſto, pallidè viridi; fructu rotundo, purpuraſcente. *H.*

Uva Ursi. T. 599. 370.

Caliculus exiguus, quaſi denticulatus.
Flos monopetalus, urceolatus.
Ovarium in centro calicis fit bacca ſphærica, fœta ſeminibus multis, oblongis.

1. Uva Urſi. *Cluſ. H.* 63. *T.* 599. *Vitis Idæa, foliis carnoſis, & veluti punctatis, ſive Idæa radix Dioſcoridi. C. B. P.* 470.

Aquifolium. T. 600. 371.

Folia longa, acutis rigidis ſpinis armata, ſempervirentia.
Calix monophyllus, brevis, quadrifidus.
Flos monopetalus, rotatus, quadrifidus, aut quinquefidus quandoque, non tubuloſus, ex interſtitiis ſegmentorum floris oriuntur ſtamina.
Ovarium in imo fundo, calicis, quadrangulum, emittens quatuor tubercula rotunda, fit bacca mollis, fœta officulis hinc gibbis, inde planis, quaternis.

1. Aquifolium; baccis rubris. *H. L. Aquifolium, ſive Agrifolium vulgò. I. B.* 1. 6. 114. *Agrifolium. Dod. p.* 758. *Ilex; aculeata, baccifera, folio ſinuato. C. B. P.* 425. *Aquifolium. Lugd.* 246. 247.
2. Aquifolium; foliis ex luteo variegatis. *H. R. Par. Aquifolium, aureum. Munt. H.* 163. *H.*
3. Aquifolium; foliis ex albo variegatis. *H. L. H.*
4. Aquifolium; foliis oblongis, ſpinis & limbis argenteis. *H. L. H.*
5. Aquifolium; foliis ſubrotundis, ſpinis & limbis argenteis. *H. L. H.*
6. Aquifolium; longioribus foliis, limbis & ſpinis ex unico tantum latere per totum argenteo pictis. *Plukn. Alm. H.*
7. Aquifolium; foliis oblongis, ſpinis & limbis aureis. *H. L. H.*
8. Aquifolium; foliis ſubrotundis, ſpinis & limbis aureis. *H. L. H.*
9. Aquifolium; baccis luteis. *H. L.*
10. Aquifolium; echinatâ folii ſuperficie. *Corn.* 180. *H.*

GUAJACANA. *T.* 600. 371.

Folia alterna, caduca.
Calix quadrifidus.
Flos monopetalus, campaniformis, infrâ tubulatus, ſuprâ in lacinias quinque ut plurimum expanſus.
In centro calicis ovarium fit fructus mollis, ſubrotundus, multicapſularis, depreſſus, calice tetraphyllo expanſo ſuſtentatus, continens ſemina plura, dura, in circulum diſpoſita.

1. Guajacana. *I. B.* 1. 238. *H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 13. *Fig.* 1. *Lotus, Africana, latifolia. C. B. P.* 447. *Dioſpyros, ſive Faba Græca latifolia, Pſeudolotus Matthioli. Lugd.* 349. *Guajacum Patavinum. Park. Th.* 1522. *H.*

2. Guajacana; anguſtiore folio. *T.* 600. *Lotus, Africana, anguſtifolia, ſeu Fœmina. C. B. P.* 447. *Dioſpyros, ſive Faba Græca, anguſtifolia, ſeu Lotus Africana. Lugd.* 349. *Guajacum Patavinum, anguſtioribus foliis. Park. Th.* 1523. *H.*

3. Guajacana? Pishamin Virginianum. *Park. Th.* 1523. *H.*

ARBORES ET FRUTICES; FLORE MONOPETALO, CUJUS OVARIUM INTRA FLOREM FIT FRUCTUS MEMBRANACEUS.

ULMUS. *T.* 601. 372.

Flos monopetalus, campaniformis, ſtaminibus multis ornatus.
In centro floris fit fructus foliaceus, cordiformis, præcox, in medio condens capſulam pyriformem, pariter membranaceam, fœtam ſemine ejuſdem formæ.

1. Ulmus; campeſtris; & Theophraſti. *C. B. P.* 426. *Ulmus. I. B.* 1. 139. *Dod. p.* 837. *Ulmus, vulgaris cum Samarris, ſive ſeminibus ſuis. Park. Th.* 1404. *Ulmus, vulgatiſſima, folio lato, ſcabro. Ger. Emac.* 1480.

2. Ulmus; folio latiſſimo, ſcabro. *Ger. Emac.* 1481. *Ulmus, latiore folio. Park. Th.* 1404.

3. Ulmus; minor; folio anguſto, ſcabro. *Ger. Emac.* 1480. *Ulmus, minor. Park. Th.* 1404.

4. Ulmus; folio glabro. *Ger. Emac.* 1481. *Park. Th.* 1404.

AR-

ARBORES ET FRUTICES; ELORE MONOPETALO, CUJUS PISTILLUM FIT FRUCTUS MULTICAPSULARIS.

Lilac. T. 601. 372.

Calix monophyllus, tubuloſus, brevis, quadrifidus.
Flos monopetalus, infundibuliformis, quadripartitus, vel quinquefidus, in racemos congeſtus, ex pariete interno duo vel tria ſtamina.
Calicis dentati centrum gerit ovarium, inde fit fructus compreſſus, linguæ ſimilis, diviſus in duos loculos per diaphragma, in quos maturus diſſilit, fœtos ſeminibus compreſſis, marginatis.

1. Lilac. *Matth.* 1237. *Syringa, cærulea. C. B. P.* 398. *Syringa, flore cæruleo. H. Eyſt.* o. 1. *F.* 1. *Fig.* 2. *Syringa, flore cæruleo, ſive Lilac. I. B.* 1. 204.

2. Lilac; flore albo. *T.* 601. *Syringa, flore Lacteo. H. Eyſt.* o. 1. *F.* 1. *Fig.* 3. *Syringa, flore quaſi argenteo. C. B. P.* 398.

3. Lilac; flore ſaturatê purpureo. *T.* 602. *Syringa, purpurea. H. L. Syringa, ſive Lilac, flore ſaturatê purpureo. H. E. Suth.* 328.

4. Lilac; folio Liguſtri. *T.* 602. *Agem Lilac, Perſarum. Corn.* 188. *Syringa, Perſica, foliis integris. H. L. Jaſminum, Perſicum, foliis non laciniatis. H. E. Suth.* 328.

5. Lilac; laciniato folio. *T.* 602. *Syringa, Perſica, foliis laciniatis Liguſtri. H. L. Jaſminum, Perſicum, foliis laciniatis. H. E. Suth.* 328. *Agem Lilac, Perſarum, inciſo folio. Corn.* 188. *Liguſtrum, nigrum. Alpin. Exot.* 179. *Liguſtrum, foliis laciniatis. C. B. P.* 476. *Prodr.* 158. *H.*

Erica T. 602. 373.

Folia exigua, ſempervirentia.
Flos monopetalus, campaniformis, nudus, ſæpe urceolum referens.
Ovarium in fundo floris fit fructus ſubrotundus, quadrifariam hians, quadrilocularis, fœtus ſeminibus exiguis, imo flore, ut calice, tectus.

1. Erica; vulgaris; glabra. *C. B. P.* 485. *Erica, prior. Dod. p.* 767. *Erica, vulgaris, humilis, ſempervirens, flore purpureo. I. B.* 1. 354. *H.*

2. Erica; vulgaris; flore albo. *C. B. P.* 485. *Erica, vulgaris, humi-*

lis, ſempervirens, flore albo. I. B. 1. 354. *Erica, flore albo, minor. H. Eyſt. Æſt.* 0. 9. *F.* 3. *F.* 1. *H.*

3. Erica; Myricæ folio, hirſuta. *C. B. P.* 485. *Erica, Myricæ folio, tomentoſis & incanis foliis, Cluſii. I. B.* 1. 355. *Erica, foliis tomentoſis & incanis. Cluſ. H.* 41.

4. Erica; maxima; alba. *C. B. P.* 485. *Erica, foliis Corios, flore albo. I. B.* 1. 355. *Erica, Coris folio,* 1. *Cluſ. H.* 41.

5. Erica; maxima; purpuraſcens; longioribus foliis. *C. B. P.* 485. *Erica, foliis Corios, quaternis, flore purpuraſcente. I. B.* 1. 356. *Erica, Coris folio,* 11. *Cluſ. H.* 42.

6. Erica; humilis; cortice cineraceo; Arbuti flore. *C. B. P.* 486. *Erica, ramulis ternis, floribus ſaturatioribus purpureis. I. B.* 1. 357. *Erica, Coris folio,* VI. *Cluſ. H.* 43.

7. Erica; humilis; cortice cineraceo; Arbuti flore albo. *H. R. Par.*

8. Erica; Africana; arboreſcens; tenuifolia; ramis arctè ſurſum unitis. *H. Huic calix tubuloſus, quinquefidus. Flos campaniformis, pentapetalus in centro calicis placenta, cui innaſcitur Ovarium pentagonum, excavatum, umbilicatum, emittens ſuo centro tubam longam, continens ſemina quatuor: ex placentulâ, ad interſtitia petalorum, ſtamina quatuor, vel quinque.*

VITEX. *T.* 603. 373.

Folia in quinque partes quaſi exeuntia, in Europæis caduca.

Flos monopetalus, parte inferiore tubuloſus, ſuperiori quaſi bilabiatus, in ſpicas poſitus.

Ovarium in centro calicis dentati fit fructus globoſus, diviſus in quatuor loculos, in quibus ſemina oblonga.

1. Vitex; foliis anguſtioribus, Cannabis modo diſpoſitis. *C. B. P.* 475. *Agnus, folio non ſerrato. I. B.* 1. 205. *Vitex. Dod. p.* 774. *Lugd.* 281. *Agnus caſtus. H. L.* 11. *floribus purpureis. H.*

2. Vitex; foliis anguſtioribus, Cannabis modò diſpoſitis; floribus cæruleis. *H. L. H.*

3. Vitex; ſive Agnus; flore albido. *H. R. Par. H.*

4. Vitex; ſive Agnus minor; foliis anguſtiſſimis. *H. R. Par. H.*

5. Vitex; trifolia; minor; Indica; rotundi folia. *Breyn. Prodr.* 2. *Cara Noſi. H. Mal.* 2. *Negundo fœmina, Acoſtræ. H. A.* 1. 181. *H.*

6. Vitex; trifolia; minor; Indica; ſerrata. *Breyn. Prodr.* 2. *Benmoſi. H. Mal.* 2. *Negundo mas Acoſtæ. H. A.* 1. 179. *H.*

AR-

ARBORES ET FRUTICES; FLORE MONOPETALO, IN APICE OVARII NATO, CUJUS OVARIUM FIT BACCA.

SAMBUCUS. *T.* 606. 376.

Rami medullâ fungosâ farcti.
Flos monopetalus, rotatus, multifidus, quasi rosaceus, in umbellas vel racemos digestus.
Ovarium, flosculi fundum perfodiens, fit bacca, plena succi, terna plerumque oblonga semina ferens.

1. Sambucus; fructu in umbellâ nigro. *C. B. P.* 456. *Sambucus, vulgaris. I. B.* 1. 544. *Sambucus. Dod. p.* 845. *Lob.* 1. 161. 2. *Lugd.* 266.
2. Sambucus; fructu in umbellâ viridi. *C. B. P.* 456. *Sambucus, fructu albo. Lob. Ic.* 162. 2.
3. Sambucus; racemosa, rubra. *C. B. P.* 456. *Sambucus, racemosa, acinis rubris. I. B.* 1. 551. *Sambucus, montana, racemosa. Lob. Ic.* 163. 2.
4. Sambucus; laciniato folio. *C. B. P.* 456. *Lugd.* 268. *Lob. Ic.* 146. 2. *Sambucus, laciniata. I. B.* 1. 549. *Sambucus, lacinioso folio. Dod. p.* 845.
5. Sambucus; humilis; sive Ebulus. *C. B. P.* 456. *Ebulus, sive Sambucus herbacea. I. B.* 1. 456. *Ebulus. Dod. pag.* 831. *Lugd.* 269. *Lob. Ic.* 164. 2.
6. Sambucus; humilior; fruteſcens; foliis eleganter variegatis. *Suth. H. E.*
7. Sambucus; humilis; sive Ebulus; folio laciniato. *C. B. P.* 456.
8. Sambucus; major; folio nigriori.

OPU-

Opulus. T. 607. 376.

Finis pedunculi explicatur in multa, tenuia, gracilia, foliola, calicis vice fungentia dein assurgit umbella.

Flos monopetalus, rotatus, quinquefidus, ovarii apici innatus, in formam muscarii vel globi dispositus ita, ut illi, qui ambitum exteriorem formant, masculi sint; hermaphroditi interiores, magis tubulosi, staminibus tribus præditi.

Ovarii apex coronatur quinque parvis denticulis, caliculi vice fungentibus, centro emittit tubam triplicem interiorum flosculorum fit bacca mollis, fœta semine compresso, cordiformi.

1. Opulus. *Ruellii.* 281. *Sambucus, aquatica, flore simplici. C. B. P.* 456. *Sambucus, aquatica. I. B.* 1. 552. *Lugd.* 270. *Lob. Ic.* 201. 2. *Sambucus, palustris. Dod. p.* 846.

2. Opulus; flore globoso. *T.* 607. *Sambucus, aquatica, flore globoso, pleno. C. B. P.* 456. *Sambucus, rosea, aquatica. Lob. Ic.* 201. 2. *Sambucus, rosea. I. B.* 1. 553. *Sambucus, Arbor, rosea. H. Eyst. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 10. *Fig.* 1.

Viburnum. T. 607. 377.

Flos monopetalus, rotatus, quinquefidus, staminibus quinque ortis ex pariete interno infimæ partis floris, umbellæ in formam digestus, innatus ovario.

Ovarium in orâ superiore coronatum caliculo quinquefido, instructum tubâ erectâ veluti triglobosâ, bacca mollis, plena succi, fœta unico semine osseo, compresso, striato.

1. Viburnum. *Matth.* 217. *C. B. P.* 429. *Lugd.* 256. *Lantana, vulgò, aliis Viburnum. I. B.* 1. 557. *Lantana. Dod. p.* 81.

2. Viburnum; Americanum; odoratum; Urticæ foliis latioribus; spinosum; floribus miniatis. *P. B. Prodr. Plukn. Phyt. T.* 223. *Fig.* 5. *H. R. D.*

3. Viburnum; Americanum; odoratum; foliis Urticæ; floribus miniatis. *H. L. App.* 698. *Viburnum, Americanum, Urticæ foliis, Lamii odore, floribus miniatis. H. A.* 1. 151. *Camarâ. Piso.* 177. *Et Camara-Tinga. Id. Ib. Viburnum, Americanum, non spinosum, Meliss æ foliis, floribus coccineis. P. B. Prodr. Plukn. Phyt. T.* 114. *Fig.* 4. *H. R. D.*

4. Viburnum; Americanum; odoratum; folio parvo, orbiculato; flo-

floribus & baccis foliolis interceptis. *P. B. Prodr. Plukn. Phyt. T.* 114. *F.* 5. *H. R. D.*

5. Viburnum; Ciſti fœminæ, ſive Salviæ foliis mucronatis; Americanum; odoratum; minus; floribus incarnatis. *P. B. Prodr. Plukn. Alm.* 386. *Viburnum, Americanum, minus, Ciſti fœminæ foliis crenatis, flore carneo. Breyn. Prodr.* 2. 103. *H. R. D.*

6. Viburnum; Americanum; Salviæ foliis obtuſis; floribus albis. *P. B. Prodr. H.*

7. Viburnum; Americanum; Ciſti fœminæ, ſeu Salviæ, foliis mucronatis; floribus luteis. *Par. Bat. Prodr. H. R. D.*

8. Viburnum; Americanum; folio Urticæ latiſſimo; floribus aureis in globum congeſtis. *H. R. D.*

9. Viburnum; Americanum; folio Urticæ; floribus ex aureo & roſeo miſtis. *H. R. D.*

TINUS. *T.* 607. 377.

Caliculus geminus, inferior trifidus, ſuperior quinquefidus, uterque monophyllus.

Flos monopetalus, rotatus, quinquefidus, infra breviter tubulatus, quinque ſtaminibus ex pariete interno tubuli floris ortis.

Ovarium, in fundo calicis, tubâ longâ, triquetrâ, ſcabrâ inſtructum, fit fructus Olivæ ſimilis, umbilicatus, fœtus ſemine unico, pyriformi.

1. Tinus; prior. *Cluſ. H.* 49. *Laurus, ſylveſtris, Corni fœminæ foliis ſubhirſutis. C. B. P.* 461. *Laurus, Tinus, Dalechampii. Lugd.* 204. *Laurus, Tinus, ſive ſylveſtris, prior. I. B.* 1. 418. *H.*

2. Tinus. 11. *Cluſ. H.* 49. *Lugd.* 204. *Laurus, ſylveſtris, foliis venoſis. C. B. P.* 461. *Tinus, Laurus ſylveſtris. Dod. p.* 850. *H.*

3. Tinus; 111. *Cluſ. H.* 49. *Lugd.* 204. *Laurus, ſylveſtris, folio minore. C. B. P.* 461. *H.*

CAPRIFOLIUM. *T.* 608. 378.

Finis pedunculi abit in foliolum, quod a pedunculo perforatur, in hoc foliolo, circa pedunculum perforato foliolo emergentem, ſex ovaria plerunque longa, urceolata, quorum apex coronatur coronâ quinquefidâ; intrâ hanc, ut calicem apici ovarii innaſcitur

Flos monopetalus, tubuloſus inferius, ſuperius bilabiatus, ſuperiori labio multifido, ſimplici & linguæ ſimili inferiori, ſtamina quinque ex pariete interno tubulatæ partis floris.

Ovarium, tubâ longâ apice globoſo donatâ inſtructum fit bacca mollis fœta ſemine compreſſo, ſubrotundo. Malp. An. Pl. 43. 138.

1. Caprifolium; Germanicum. *Dod. p.* 411. *Periclymenum, non perfoliatum, Germanicum. C. B. P.* 302. *H. Eyſt. Vern.* 0. 9. *F.* 4. *Fig.* 3. *Periclymenum, non perfoliatum. I. B.* 2. 104. *R. D.*

2. Caprifolium; Italicum. *Dod. p.* 411. *Periclymenum, perfoliatum. C. B. P.* 302. *H. Eyſt. Vern.* 0. 9. *F.* 4. *Fig.* 2. *I. B.* 2. 104. *R. D.*

3. Caprifolium; Germanicum; flore rubello; ſerotinum. *Broſſ. Periclymenum, perfoliatum, ſerotinum, ſpecioſius. H. R. Par. R. D.*

4. Caprifolium; Italicum; perfoliatum; præcox. *Broſſ. Periclymenum, perfoliatum, præcox, Narbonenſe. H. R. Par. H. R. D.*

5. Caprifolium; Afrum; folio Pruni leviter ſerrato; flore ruberrimo; baccâ nigrâ. *Hoc in quibuſdam leviter a præcedentibus differt. Periclymenum, Africanum, folio Pruni, an Phillyreæ ſpecies? Ind.* 257. *Et Phillyrea, Africana, folio Pruni leviter ſerrato, an Periclymeni ſpecies? Ind.* 248. *H. R. D.*

6. Caprifolium; non perfoliatum; flore interius albo, rubro externè. *H.*

PERICLYMENUM. *T.* 608. 378.

Habitus Caprifolii.

Flos monopetalus, tubæ quodammodò æmulus, ſuprâ multifidus æqualibus fere ſegmentis.

Ovarium coronâ dentatâ faſtigiatum, fit bacca mollis, fœta ſemine compreſſo, ſubrotundo.

1. Periclymenum; perfoliatum; Virginianum; ſempervirens, & florens. *H. L.* 484. 485. *Ic. & Deſcr. H. R. D.*

Xylosteon. T. 609. 379.

Pedunculi finis format calicem constantem binis foliolis majoribus, quatuorque brevioribus, quorum duo hinc inde majoribus interponuntur.

Calici huic gemina ovaria innascuntur rotunda, in apice suo coronata caliculo quinquefido, emittuntque ex centro sui fastigii tubam longam apice globoso donatam.

Flos apici ovarii, intra calicem, innatus, monopetalus, oblongus, tubulosus, campaniformis, quinquefidus, expansus, quinque staminibus, ex pariete interno tubulosæ partis floris enatis, præditus.

1. Xylosteon; Pyrenaicum. *T.* 609. *Chamæcerasus, Pyrenaïca, folio Oleæ, fructu gemino, rubro, Grossulariæ simili. Schol. Bot. Par? H. R. D.*

Chamæcerasus. T. 609. 379.

Calix tenuis, longus angustus, bifolius, cui medium insidet ovarium.

Flos monopetalus, parte inferiori tubulosus, bilabiatus superius, labio superiori multifido, simplici linguæ simili inferiori, ovario insidens, quandoque geminus in uno ovario, quinque staminibus præditus.

Ovarium sæpe uno pedunculo geminum, emittens intra quemlibet flosculum, tubam longam, abit dein in baccas, molles, fœtas semine compresso, subrotundo.

1. Chamæcerasus; Alpina; fructu gemino, rubro, duobus punctis notato. *C. B. P.* 451. *Chamæcerasus, Gesneri, vel Chamæpericlymenum Quoddam Alpinum. I. B.* 2. 107. *Chamæcerasus, Alpigena. Lob. Ic.* 173. *Periclymenum, rectum,* IV. *Clus. H.* 59. *Xylosteum, alterum. Dod. p.* 412. *H. Eyst.* o. 1. *F.* 9. *Fig.* 1. *Periclymenum, rectum, fructu rubro, gemino, duobus punctis notato. H. L.*

2. Chamæcerasus; montana; fructu singulari, cæruleo. *C. B. P.* 451. *Periclymenum, rectum, fructu cæruleo. I. B.* 2. 108. *Periclymenum, rectum,* III. *Clus. H.* 58.

3. Chamæcerasus; dumetorum; fructu gemino, rubro. *C. B. P.* 451. *Periclymenum, rectum, fructu rubro. I. B.* 2. 106. *Xylosteum. Dod. p.* 412. *Xylosteum, floribus albis. H. Eyst.* o. 1. *F.* 9. *Fig.* 2.

ARBORES, ET FRUTICES; FLORE MONOPETALO A FRUCTU SEPARATO.

VISCUM. T. 609. T. 3.

Folia conjugata, anguſta, oblonga.
Flos monopetalus, pelviformis, quadrifidus, verrucis conſperſus, mas.
Ovarium alio â flore loco natum, tenerum, quatuor foliolis ſuccinctum, fit bacca ſubrotunda, glutine plena, continens ſemen planum cordatum.

1. Viſcum; baccis albis. *C. B. P.* 423. *Viſcum. Dod. p.* 826. †.

ARBORES ET FRUTICES; FLORE ROSACEO.

1. *Ovario in cavo floris frugifero.*
Fructu unicapſulari.

COTINUS. T. 610. 380.

Folia rotunda in longo pedunculo.
Caliculus exiguus, quinquefidus.
Floſculus roſaceus, pentapetalos, in ramulis capillaceis.
Ovarium fit fructus orbicularis, duro putamine impartibili tegens ſemen triangulare.

1. Cotinus; coriaria. *Dod. p.* 780. *H. Eyſt. Æſt.* 9. *Arb. & Frut. F.* 9. *Fig.* 3. *Cotinus, Matthioli. C. B. P.* 415. *Coccigria, ſive Cotinus putata. I. B.* 1. 494. *H.*

TOXICODENDRON. T. 610. 381.

Folia terna ut in trifoliis.
Caliculus exiguus, dentatus, quinquefidus, monophyllus.
Flos roſaceus pentapetalus.
Ovarium in fundo calicis fit fructus ſubrotundus, ſiccus, ſtriatus, fœtus ſemine compreſſo.

1. Toxicodendron; triphyllum; glabrum. *T.* 611. *Edera, trifolia, Canadenſis. Corn.* 96. *Vitis, ſylveſtris, trifolia. Park. Th.* 1556. *Hedera, tri-*

trifolia., *Virginienſis. Park. Th.* 679. *Apocynum*, *trifolium*, *Indicum*, *vulgò Epimedium. Stap. in Theop.* 364. *H.*

2. Toxicodendron; triphyllum; folio ſinuato, pubeſcente. *T.* 611. *Hederæ trifoliæ Canadenſi affinis Planta*, *peregrina*, *Arbor venenata*, *Quorundam. H. R. Par.* 84. *Arbor*, *trifolia*, *venenata*, *Virginiana*, *folio hirſuto. Raj. H.* 1799. *Hederæ trifoliæ Canadenſi affinis*, *ſurrecta*, *Arbor tinctoria*, *Virginiana multis. Plukn. Alm.* 181. *H.*

Rhus. *T.* 611. 381.

Folia pinnata, aut triphylla.
Calix quinquefidus, exiguus, dentatus.
Flores roſacei, pentapetali, in racemos digeſti.
Ovarium in fundo calicis fit capſula ſubrotunda, fœta ſemine fere globoſo, unico.

1. Rhus; folio Ulmi. *C. B. P.* 414. *Rhus*, *ſive Sumach. I. B.* 1. 555. *Rhus*, *coriaria. Dod. p.* 779. *Rhus. Lugd.* 107. *Rhus*, *Opſoniorum*, *& Coriariorum. Park. Th.* 1450.

2. Rhus; Virginianum. *C. B. P. App.* 517. *Deſcr. Park. Th.* 1450. *Ic.*

3. Rhus; Americanum; rachi, cui adnaſcuntur folia, rubrâ; folio lato, utrimque glabro, non ſerrato, Piſtachiæ ſimili. *An Rhus Virginianum*, *ramis ex ſtipite pullulantibus*, *glabris. Baniſt. Cat. Stirp. Virgin? H.*

4. Rhus; Americanum; rachi, cui folia adnaſcuntur, rubrâ; foliis præcedenti anguſtioribus. *H.*

5. Rhus; Americanum; rachi, cui folia adnaſcuntur, rubrâ, alatâ; foliis Molle Cluſii brevioribus. *H.*

6. Rhus; Africanum; trifoliatum; majus; folio ſubrotundo, integro, molli, & incano. *Plukn. Phyt.* 219. 8. *H. R. D.*

7. Rhus; Africanum; trifoliatum; majus; foliis obtuſis & inciſis, hirſutie pubeſcentibus. *Plukn. Phyt.* 219. 7. *H. R. D.*

8. Rhus; Africanum; trifoliatum; majus; foliis acutioribus, inciſis, ſuprâ viridibus, glabris, infrâ argenteis, glabris. *H. R. D.*

9. Rhus; Africanum; trifoliatum; majus; foliis acutioribus, argutius denticulatis, glabris, ſubtus argenteis. *H. R. D.*

10. Rhus; Africanum; trifoliatum; majus; foliis ſubtus argenteis, acutis, & margine inciſis. *Plukn. Phyt.* 219. 6. *Rhus*, *Africanum*, *folio Agni Caſti*, *trifoliatum. Herman. Ind. Mſt. Horti privati. Ind.* 258. *H. R. D.*

11. Rhus; Africanum; trifoliatum; minus; glabrum; ſplendente folio, ſubrotundo, integro. *Plukn. Phyt.* 219. 9. *H. R. D.*

12. Rhus; Africanum; trifoliatum; majus; glabrum; ſplendente utrimque folio, ſubrotundo, medio quandoque crenato. *H. R. D.*

TILIA. T. 611. 381.

Calix pentaphylloïdes.
Flos roſaceus, polypetalus, numeroſis ſtaminibus.
Ovarium tubâ longâ, apice globoſo inſtructum, fit teſta unicapſularis, ſubrotunda, intus condens ſemina oblonga.

1. Tilia; fœmina; folio majore. *C. B. P.* 426. *Tilia, vulgaris, platyphyllos. I. B.* 1. 133. *Tilia. Dod. p.* 838.
2. Tilia; fœmina; folio minore. *C. B. P.* 426. *Tilia, folio minore. I. B.* 1. 137. *Tilia, ſylveſtris. Trag.* 1111.
3. Tilia; foliis molliter hirſutis; viminibus rubris; fructu tetragono. *Raj. Syn.* 316. *Tilia, ſylvatica, noſtras, foliis amplis hirſutis pubeſcentibus, fructu tetragono, pentagono, aut hexagono. Plukn. Alm.* 368.
4. Tilia; folio ſubtus glauco Populi.
5. Tilia; folio magno; ramis erectiſſimis..

An Tiliæ aliæ mares florigeri, fœminæ aliæ tantum frugiferæ, quædam denique hermaphroditæ?

HIPPOCASTANUM. T. 611. 382.

Folia digitata, Caſtaneæ.
Calix quinquefidus, quaſi bilabiatus.
Flos roſaceus, pentapetalus anomalus, quaſi bilabiatus, petalis natis ex ambitu imi ovarii, unde & ſtamina quinque, ſex, vel ſeptem: digeruntur flores in ſpicam longam, ſpecioſam.
Ovarium, in fundo calicis emittens tubam longam, craſſam, apice unciformi præditam, fit fructus hiſpidus, multifariam dehiſcens, unicapſularis, fœtus ſeminibus Caſtaneæ æmulis.

1. Hippocaſtanum; vulgare. *T.* 612. *Caſtanea, folio multifido. C. B. P.* 419. *Caſtanea, equina, folio multifido. I. B.* 1. 128. *Caſtanea, equina. Dod. p.* 814. *Cluſ. H.* 7. 8. *flore albo.*
2. Hippocaſtanum; vulgare; folio conſtanter variegato.
3. Hippocaſtanum; vulgare; flore maculis flavis picto.

AR-

ARBORES ET FRUTICES, FLORE ROSACEO, OVARIO INTRA FLOREM BACCIFERO.

CELTIS. *T.* 612. 383.

Flos rosaceus, polypetalus, staminibus multis, brevibus, stipatus.
Ovarium bicorne fit bacca, rotunda, fœta semine subrotundo.

1. Celtis; fructu nigricante. *T.* 612. *Lotus, fructu Cerasi. C. B. P.* 447. *Lotus, Arbor, Lob. Ic.* 186. *Lotus, Arbor, fructu Cerasi. I. B.* 1. 229. *Lotus, Celtis, Arbor. Lugd.* 346. 347. *H.*
2. Celtis; fructu nigricante; folio variegato. *H.*
3. Celtis; Africana; procera; fructu flavo. *H.*

FRANGULA. *T.* 612.

Folia Alni.
Finis pedunculi abit in calicem monophyllum, quinquefidum, campaniformem, segmentis fimbriatis, extrorsum flexis, cum flore, vel paulò post, caducus.
Flos pentapetalus, rosaceus, petalis ortis ex interstitiis segmentorum calicis, ex margine interno, summo, calicis stamina viginti quinque; flores in spicâ.
Ovarium occupans totum calicem, sphæra est instructa longâ tubâ, fit dein bacca mollis, fœta seminibus duobus, planis, & subrotundis.

1. Frangula. *Dod. p.* 784. *Alnus, nigra, baccifera. C. B. P.* 428. *I. B.* 1. 560. *Lugd.* 97.

HEDERA. *T.* 612. 384.

Cirri parasitici radicantes in quodcunque sustentaculum.
Folia angulosa.
Flos rosaceus plerumque hexapetalus,
Ovarium in fundo floris fit bacca globosa, fœta seminibus ab unâ parte gibbis, ab alterâ planis.

1. Hedera; Arborea. *C. B. P.* 305. *Hedera, Arborea, Matthioli. Lugd.* 1418. *Hedera, communis, major. I. B.* 2. 111. *Hedera, corymbosa, communis. Lob. Ic.* 614. *Hedera. Dod. p.* 413.

2. He-

2. Hedera; major; ſterilis. *C. B. P.* 305. *Hedera, communis, minor. I. B.* 2. 111. *Hedera, Helix. Dod. p.* 413. *Hedera, Helix, Matthioli. Lugd.* 1419.

3. Hedera; communis; minor; foliis ex albo & viridi variis. *Hedera, Arborea. C. B. P. Foliis ex albo & viridi variis. Ind.* 259. *Hedera, Arborea, ex argenteo & viridi foliis eleganter variegatis. Plukn. Alm.* 181.

4. Hedera; monophyllos; Convolvuli foliis; Virginiana. *Plukn. Phyt.* 36. 2. *Hedera, Virginiana, Clematitis facie, radice flaveſcente. H. L. Clematitis, Hederæ folio. M. H. Bloes.* 255. *Hedera, Virginiana, umbilicato folio, radice flaveſcente. Par. Bat. Pr. Clematis, Hederacea, perennis, Virginiana, umbilicato folio, pappoſo flore. H. R. Par. Meniſpermum, Canadenſe, ſcandens, umbilicato folio. T. Ac. Reg. Sc.* 1705. *T.* 4. *F.* 2. *Licet baccis ternis fœturam oſtentet, tamen affinitate ſociatur Hederis: ob faciem unam, nec diverſam ſatis.*

VITIS. *T.* 613. 384.

Capreoli viticulis apprehendentes in virgultis longiſſimis.
Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus quinque ſtipatus.
Ovarium in fundo floris enatum, tubâ brevi, piloſâ inſtructum, fit bacca mollis, pulpoſa, ſucculenta, ſeminibus pluribus, plerunque quatuor, fœta.
Flores, & fructus, in racemos congeſti.
Malp. An. Pl. 43. 44. 146. 48. 174. 50. 193.

1. Vitis; ſylveſtris; Labruſca. *C. B. P.* 299. *Labruſca. Lugd.* 1406.

2. Vitis; Vinifera; ex cujus Uvis acerbis, immaturis, Omphacium exprimitur. *C. B. P.* 299 *Vitis, Vinifera. I. B.* 2. 67.

3. Vitis; Corinthiaca; ſive Apyrena. *I. B.* 2. 72. *Uvæ Paſſæ, minores, ſive Paſſulæ Corinthiacæ. C. B. P.* 299. *Paſſulæ. Tragi.* 1054. *Paſſulæ, Officinarum.*

4. Vitis; Apiana; Plinio. *C. B. P.* 298. *Uva, Muſchatella. Car. Step. Præd. Ruſt.* 342.

5. Vitis; Pergulana; acinis Prunorum magnitudine & formâ. *C. B. P.* 298.

6. Vitis; folio Apii. *I. B.* 2. 73. *Vitis, laciniatis foliis. Cornut.* 183. *Vitis, Selinoïdes, ſive laciniatis foliis. Park. Th.* 1555. 1556.

7. Vitis; alba; dulcis. *I. B.* 2. 73.

8. Vitis; Frontiniaca. *C. B. P.* 299.

9. Vitis; nigra; dulcis; Vintint dicta.

10. Vitis multiplex; alia; pro diverſitate, quæ obtinet in acinis ratione coloris, ſaporis, magnitudinis, admodum variâ cultuque induſtrii Vindemiatoris ſemper novâ.

11. Vi-

11. Vitis; quinquefolia; Canadenſis; ſcandens. *T.* 613. *Edera, quinquefolia, Canadenſis. Corn.* 100. *Vitis, Hederacea, Indica. Bodæus in Theophr.* 364.

12. Vitis; Vulpina dicta; Virginiana; alba. *Plukn. Alm.* 392. *Vitis, Vinifera, ſylveſtris, Americana, foliis averſâ parte denſâ lanugine tectis. Plukn. Phyt.* 249. 1. *H.*

Berberis. *T.* 614. 385.

Folia oblonga rotundula, denticulata.
Spinæ acutæ, unitæ.
Caliculus bifolius, parvus, gracilis, gerens calicem majorem hexaphyllum.
Flos roſaceus, hexapetalus, globoſus, petala ad unguem ornata fungulo balſamico, ex unâ internâ parte cujuſque petali ſtamen gerens apicem linguæformem.
Ovarium in fundo floris cylindricum, erectum, cum placentulâ fungoſâ in faſtigio, & tubâ ex centro oriundâ, fit fructus cylindraceus, mollis, plenus ſucci, fœtus ſemine uno, vel altero, vel nullo.
Flores & fructus in ſpicis pendulis.

1. Berberis Dumetorum. *C. B. P.* 454. *Berberis vulgò, quæ & Oxyacantha putata. I. B.* 1. 52. *Spina acida, ſive Oxyacantha. Dod. p.* 750. *Oxyacantha. H. Eyſt. o.* 1. *F.* 9. *Fig.* 3.

2. Berberis; ſine nucleo. *C. B. P.* 454. *Berberis, ἄσπορος. Cluſ. H.* 121.

3. Berberis; latiſſimo folio; Canadenſis. *H. R. Par. Berberis, dumetorum, latiſſimo folio, Novæ Angliæ. Par. Bat. Prodr.* 307. *Berberis, Mauritanica. Ind.* 260. *H.*

4. Berberis; Orientalis; procerior; fructu nigro, ſuaviſſimo. *T. C.* 43. *H.*

ARBORES ET FRUTICES; FLORE ROSACEO, OVARIO INTRA FLOREM FRUCTIFERO, MULTICAPSULARI.

ACER. T. 615. 386.

Folia laciniata, vel anguloſa.
Finis pedunculi abit in calicem polyphyllum, conſtantem foliolis tenuibus, gracilibus.
Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus decem fœtus.
Ovarium innatum placentæ orbiculari, craſſæ, in fundo calicis poſitæ, tubâ longâ inſtructum, fit fructus, conſtans ex duabus, tribusve capſulis, deſinentibus in alam foliaceam, fœtis ſemine ſubrotundo.

1. Acer; montanum; candidum. *C. B. P.* 430. *Acer, major Multis, falſo Platanus. I. B.* 1. 168. *Acer, major. Dod. p.* 840. *Acer, montanum. Lugd.* 95.

2. Acer; campeſtre; & minus. *C. B. P.* 431. *Acer, vulgare, minore folio. I. B.* 1. 166. *Acer, minor. Dod. p.* 840. *Acer, campeſtre, Carpinus. Lugd.* 95. *Malp. An. Pl.* 66. 262.

3. Acer; trifolia. *C. B. P.* 431. *Acer, Monſpeſſulanum. Lugd.* 95. *I. B.* 1. 167. *Plukn. Phyt.* 251. 3.

4. Acer; Virginianum; folio majore, ſubtus argenteo, ſuprâ viridi, ſplendente. *Plukn. Phyt.* 2. 4. *Acer, floreſcens, Virginiana. Vulgô. Acer, Occidentale, folio minore, ſubtus incano, ſuprâ atrovirente, inodora Arbor. Raj. Hiſt.* 1701.

5. Acer; maximum; foliis trifidis, & quinquefidis, Virginianum. *Plukn. Phytogr.* 123. 4. 5. *Alm.* 7. *Negundo perperam dicta, Arbor, Virginiana. H. Beaum. Arbor, exotica, foliis Fraxini inſtar pinnatis & ſerratis, Negundo perperam credita. Raj. H.* 1798. *H.*

6. Acer; Virginianum; odoratum. *H. L. App.* 641. *Acer, odoratum, Creticum, Morgani. Platanus, Virginiana, Styracem fundens. Raj. H.* 1799. *Styrax, Arbor, Virginiana, Aceris folio. Raj. H.* 1681. *Styrax, Aceris folio. Honorii Belli. Park. Th.* 1529. *Styrax, liquida. C. B. Pr.* 158. *Liquidambar. C. B. P.* 502. *Park. Th.* 1590. *Liquidambar, reſina Arboris Ocoſolt dictæ, foliis Hederæ, odore Styracis liquidæ. I. B.* 1. 323. *Liquidambari Arbor, ſive Styraciflua, Aceris folio, fructu Tribuloïde, id eſt pericarpio orbiculari ex quam plurimis apicibus coagmentato, ſemen recondens. Plukn. Alm.* 224. *Phytogr.* 42. 6. Ubi fructum & ſemina pingens evincit nec Acer, nec Platanum, eſſe, verum Arborem ſingularem, neque ulli deſcripto inſerendam generi. Optimè conveniret *Liquidambar*

bar vocari. Cui definiendo Character eſſet. *Folia Platani minora. Fructus orbicularis ex multis thecis longis, ſuprà dentatis, recondentibus ſingulis unum oblongum ſemen, coagmentatis ad idem centrum conſtans.*

STAPHYLODENDRON. *T.* 616. 386.

Calix pentaphylloïdes, caducus, expanſus.
Flos roſaceus, pentapetalus, erectus velut in campanam, ſtaminibus quinque fœtus.
Ovarium in fundo calicis tubis duabus præditum, fit fructus membranaceus inflatus inſtar veſicæ, diviſuſque in loculamenta fœta ſeminibus oſſeis.

1. Staphylodendron. *Matth.* 274. *I. B.* 1. 247. *H. Eyſt.* o. 1. *F.* 8. *Fig.* 1. *Staphylodendron, ſylveſtre, & vulgare. H. L. Piſtacia, ſylveſtris C. B. P.* 401. *Nux, Veſicaria. Dod. p.* 818.

2. Staphylodendron; Virginianum; trifoliatum. *H. L. Staphylodendron, Virginianum, triphyllum. T.* 616. *Piſtacia, ſylveſtris, trifolia, Virginienſis. H. R. Par. Piſtacia, Virginiana, ſylveſtris, trifolia. M. H. R. Bloes.*

3. Staphylodendron; Africanum; folio ſingulari, lucido. *Par. Bat. Staphylodendron, Æthiopis.* μονοκλαστο καλλημονόφυλλον, *ſingulari, hirſuto, folio, nitente. Plukn. Phyt.* 63. 4. *Staphylodendron, Africanum, ſempervirens, foliis ſplendentibus. Cat. Hort. Med. Amſt. in octavo. H. A.* 1. 187. *Staphylondendron, Africanum, folio lucido. Par. Bat. Prodr. Arbor quædam rariſſima, lucens, fructibus Halicacabi. Breyn. Cent.* 1. 177. *Buxus, Capitis Bonæ ſpei. Vulgo. Olim Styrax dicta. H.*

Obſervavi florentem in Horto Academico: pedunculo brevi, hirſutoque calix innaſcitur villoſus, globoſus fere, & quinquefidus, qui complectitur floſculum monopetalum, campaniformem, pentapetaloïdeum, lacteum, ſegmentorum ſupremis retroflexis. Quæ ſi quis conſiderat, atque comparat cum deſcriptione fructus in H. A. 1. 187, videbit Arborem hanc, neque foliorum ſtructurâ, neque fabricâ floris, imô verô ne conceptaculi quidem ſeminalis ideâ, exactê reſpondere characteri Staphylodendri. An igitur *Staphylodendroïdis Africani* nomine impoſito error, & confuſio, evitaretur? Certê nota generis in enarratis liquidô conſpicitur.

4. Staphylodendron; Africanum; folio lanuginoſo Roſmarini latiori? *Alii vocant Ceraſum Africanam fructu eduli, nigro. Nec flore hactenus, nec fructu ſe prodidit. H.*

Paliurus. T. 616. 387.

Spinæ longæ, acutissimæ, certo ordine locatæ.
Calix monophyllus, pentaphylloïdes.
Flos rosaceus, pentapetalus, staminibus quinque præditus.
Ovarium in fundo calicis fit fructus petasum, vel umbonem, referens, fœtus fructu fere globoso, triloculari, semine in quolibet loculorum rotundo.

1. Paliurus. *Dod. p. 756. Lugd. 143. H. Eyst. Aut. o. 3. F. 9. Fig. 1. Rhamnus, folio subrotundo, fructu compresso. C. B. P. 477. Rhamnus, sive Paliurus, folio Jujubino. I. B. 1. 35. Jujuba, sylvestris. Cæsalp. Theophrasti Paliurus, Rhamnus tertius Dioscoridis. Col. 1. 40. H.*

Azedarach. T. 616. 387.

Folia Fraxini.
Caliculus pentaphylloïdes.
Flos rosaceus, pentapetalus, cum tubo longo in fastigio suo margine dentato ornato, ex centro floris enato.
Ovarium in fundo calicis fit fructus, fere globosus, mollis, fœtus testâ striatâ, subrotundâ, quinqueloculari, in singulis horum latet semen oblongum.

1. Azedarach. *Dod. p. 848. Azedaraeth. C. B. P. 415. Arbor, Fraxinifolio, flore cæruleo. C. B. P. 415. Azadaracheni Arbor. I. B. 1. 554. Pseudosycomorus. H. Eyst. Æst. o. Arb. & Frut. F. 2. Fig. 1. Zizyphus, alba, Matthioli. Lugd. 358. H.*

2. Azedarach; sempervirens, & florens. *T. 616. Azadarach, Indica, foliis non deciduis, ossiculo polypyreno. Par. Bat. Prodr. Azedarach, floribus albis, sempervirens. H. L. App. 652. Arbor, Indica, Fraxino similis, Oleæ fructu. C. B. P. 416. Aria-Bepou S. Nimbo Acostæ & Garziæ. H. Mal. 4. 107. Azadarichta, Indica, foliis ramosis, minoribus, floribus albo, subcæruleo, purpurascente, majore. Breyn. Prodr. 2. H. A. 1. 76. H.*

Euo-

EUONYMUS. T. 617. 388.

Calix monophyllus, quinquefidus, aut quadrifidus.
Flos rosaceus tetrapetalus, vel & pentapetalus, staminibus quatuor vel quinque, fœtus.
Ovarium in fundo calicis instructum tubâ bifidâ, fit fructus, membranaceus, angulatus, in loculamenta quatuor vel quinque divisus, fœtus seminibus oblongis.

1. Euonymus; vulgaris; granis, rubentibus. *C. B. P.* 428. *Euonymus multis, aliis Tetragonia. I. B.* 1. 201. *Euonymus. Dod. p.* 783. *Tetragonia, Theophrasti. Lugd.* 272.

2. Euonymus; latifolius. *C. B. P.* 428. *Euonymus, latifolia. I. B.* 1. 202. *Euonymus, primus, sive latifolius. Clus. H.* 56.

3. Euonymus; Africanus Lycii crassioribus foliis; sempervirens; capsulâ triloculari, asperatâ, rubente. *Rhamno similis, triloculari fructu, folio Pyracanthæ Africana, dicta. Vid. inter Lycia. Lycium, Africanum, fructu rubro, potius Euonymo affinis. Ind.* 246. *Lycium, Æthiopicum, Pyracanthæ folio. H. A.* 1. 163. *Videtur commodè inseri posse sequenti Euonymoïdi. H. R. D.*

4. Euonymo adfinis; Æthiopica; sempervirens; fructu globoso, scabro; foliis Salicis, rigidis, serratis. *H. L.* 239. *Plukn. Phyt.* 176. 3. *Lauro serratæ, odoratæ, Stapelianæ similis, inodora, Capitis bonæ spei. Breyn. Prodr.* 1. *Laurus, non odorata, fructu globoso, Africana. Sterbeeck Citric.* 248. *Arbor, Africana, facie Loti Arboris. Vulgô. Huic calix monophyllus, quinquefidus, stellatus; flos pentapetalus, rosaceus, herbaceus, ungui interno cujusque petali adnascitur aliud, parvum, luteo-fuscum, petalum, stamina adsunt octo, novem, vel decem, instructa testiculis cavis, tubulosis; ovarium in fundo calicis non pervenit ad frugem, nec ejus appareret quid: unde forte mas est & fœmina distincta. H.*

EUONYMOÏDES.

Folia alterna, non conjugata.
Finis pedunculi fit calix monophyllus, quinquefidus, stellatus.
Flos rosaceus, pentapetalus, quinque staminibus præditus; flores in spicis.
Ovarium placentulæ in fundo calicis sitæ innatum, tubâ instructum cum apice scabro, fit capsula globosa, trilocularis, singulis loculis gerens duo semina, pulpæ immersa.

1. Euonymoïdes; Canadensis. *Saraz.*

SYRINGA. *T.* 617. 389.

Calix monophyllus, quadrifidus ſegmentis magnis, expanſis.
Flos roſaceus, pentapetalus vel tetrapetalus, ſtaminibus ad ſedecim uſque fœtus.
Ovarium in fundo calicis inſtructum quatuor tubis erectis, apiculatis, fit fructus calici concretus, turbinatus, quadrilocularis, quadrifariam dehiſcens, fœtus ſeminibus exiguis.

1. Syringa; alba; ſive Philadelphus Athenæi. *C. B. P.* 398. *Syringa, Italica, flore ſimplici, albo. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 2. *Fig.* 3. *Frutex, Coronarius. Cluſ. H.* 55. *Syringa. Dod. p.*
2. Syringa; flore albo, pleno. *C. B. P.* 398. *Syringa, Italica, flore albo, pleno. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 2. *Fig.* 2.

ARBORES ET FRUTICES; FLORE ROSACEO; OVARIO INTRA FLOREM NATO, FRUCTU EX SILICULIS MULTIS, IN CAPITULUM CONGESTIS COMPOSITO.

SPIRÆA. *T.* 618. 389.

Calix monophyllus, quinquefidus, ſtellatus.
Flos roſaceus, pentapetalus, ex calicis margine interiore, ad interſtitia ſegmentorum, natis petalis, & ſtaminibus valde numeroſis.
Ovarium in fundo calicis fit fructus compoſitus ex quinque ſiliquis, fœtis ſemine oblongo, innatis ſingulis placentulæ ſuæ.

1. Spiræa; Salicis folio. *T.* 618. *Spiræa, Theophraſti forte. Cluſ. H.* 84. *I. B.* 1. 559. *Spiræa, frutex, foliis Salignis, ſerratis. C. B. P.* 475.
2. Spiræa; Opuli folio. *T.* 618. *Anonymos, Ribeſii foliis Icon. Roberti. Euonymus Virginiana, Ribeſii folio, capſulis eleganter bullatis. H. A.* 1. 169.
3. Spiræa; Hyperici folio, non crenato. *T.* 618. *Pruno ſylveſtri affinis, Canadenſis. C. B. P. App.* 517. *Hypericum, fruteſcens, Canadenſe. Robin.*
4. Spiræa; Africana; odorata; foliis piloſis. *Commel. Rar.* 3. *H. R. D.*

AR-

ARBORES, ET FRUTICES; FLORE ROSACEO, POLYPETALO, PISTILLO FRUGIFERO, FRUCTU CARNOSO, FOETO SEMINIBUS CALLOSIS.

AURANTIUM. *T.* 620. 393. 394.

Folia rigida, cum appendice ad pedunculum cordiformi.
Calix inſtar cotylæ orbicularis, parum cavus, brevis, quinquefidus, vel & ſciſſus in ſex ſegmenta.
Flos pentapetalus, roſaceus, multis ſtaminibus infra concretis ornatus.
Ex imo centro calicis placenta orbicularis nata ſuſtinet ovarium, fere rotundum, tubâ longâ inſtructum, id fit fructus globoſus, cortice carnoſo cinctus, diviſus in varia loculamenta, ſucci & veſicularum plena, fœta ſeminibus calloſis.
Malp. An. Pl. 40. 115. 150. 198. 58. 236. 68. 279. 64. 247.

1. Aurantium; medullâ dulci; vulgare. *Ferrar. Heſp.* 377. *Aranzo, dolce. Noriberg. Heſp.* 188. *b. H.*
2. Aurantium; acri medullâ; vulgare. *Ferr. Heſp.* 377. *Malus, Aurantia; major. C. B. P.* 436. *Arantia, malus. I. B.* 1. 97. *Pomum, Arantium. H. Eyſt. Æſt.* 0. *Arb. & Frut. F.* 6. *Fig.* 3. *H.*
3. Aurantium; criſpo folio. *Ferr. Heſp.* 389. *Aranzo, con foglia rizza. Norib. Heſp.* 190. *b. Malus, Aurantia, criſpo folio. H. L. H.*
4. Aurantium; criſpo folio, elegantiſſimê variegato. *H.*
5. Aurantium; ſylveſtre; medullâ acri. *T.* 620. *Malus, Arantia, ſylveſtris. I. B.* 1. 99. *H.*
6. Aurantium; virgatum. *Ferr. Heſp.* 399. *H.*
7. Aurantium; virgatum; anguſtifolium. *T.* 620. *Malus, Arantia, anguſtioribus foliis, & fructu, variegatis. H. L. H.*
8. Aurantium; folio variegato; vulgare; Anglicum dictum. *H.*
9. Aurantium; corniculatum. *Ferr. Heſp.* 409. *H.*
10. Aurantium; hermaphroditum; ſive corniculatum, partim Aurantium, partim Citrium. *Malus, Aurantia, hermaphrodita, fructu medio, Citrio, medioque Arantio, odoratiſſimo. H. L. Aurantium, Hermaphroditum, ſive corniculatum. Ferr. Heſp.* 407. 409. *Et forte Aurantium, diſtortum. Ferrar. Heſp.* 415. *H.*
11. Aurantium; folio maximo, odoratiſſimo, longiſſimoque, Lauri Americanæ. *H.*
12. Arantium; Sinenſe. *Ferr. Heſp.* 430. *Malus, Arantia, humilis. C. B. P.*

C. B. P. 437. *Poma, Aurantia, Nana dicta. H. Eyst. Æst.* 0. *Arb. & Frutic. F.* 6. *Fig.* 1. *H.*

13. Arantium; fructu maximo; Indiæ Orientalis. *Malus, Arantia, Indica, fructu omnium maximo, Pumpelmoes dicto, medullâ rufescente. H. L. Pumpelmoes. Norib. Hesp.* 182. *a.* 182. *b. H.*

14. Aurantium; fructu maximo; Indiæ Orientalis. *H.*

15. Aurantium; angusto Salicis folio dictum. *H.*

Citreum. *T.* 620. 395. 396.

Folia Laurinis similia, rigida, absque appendice.
Flos rosaceus, polypetalus ut plurimum, ex caliculo tenui, carnoso, quinquefido.
Pistillum calicis fit fructus oblongus, crassâ carne donatus, divisus in loculos succo & seminibus callosis fætos.

1. Citreum; vulgare. *T.* 620. *Malum, Citreum, vulgare. Ferr. Hesp.* 61. *Malus, Medica. C. B. P.* 435. *Mala, Medica, seu Citrea. H. Eyst. Æst.* 0. *Arb. & Frut. F.* 6. *Fig.* 2. *Cedro, ordinario. Norib. Hesp.* 116. *a. H.*

2. Citreum; dulci medullâ. *T.* 621. *Malum, Citreum, dulci medullâ. Ferr. Hesp.* 73. *H.*

Limon. *T.* 621. 397.

Folia ut Citrei.
Flos ut Citrei.
Fructus ut Citrei, sed caro tenuior longè, quam Citrei, ipse fructus minor.

1. Limon; vulgaris. *Ferr. Hesp.* 193. *Limon, vulgare. Norib. Hesp.* 154. *Malus, Limonia, acida. C. B. P.* 436. *Limonia, malus. I. B.* 1. 96. *H.*

2. Limon; dulci medullâ; vulgaris. *Ferr. Hesp.* 229. *Limon, dolce, ordinario. Norib. Hesp.* 158. *b. Malus, Limonia, major, dulcis. C. B. P.* 436. *H.*

3. Limon; acris. *Ferr. Hesp.* 331. *Malus, Limonia, minor, acida. H. R. Par. H.*

4. Limon; dulcis. *Ferr. Hesp.* 331. *Malus, Limonia, minor, dulcis. C. B. P.* 436. *H.*

5. Limon; folio angustiori; spinosa. *Ind.* 264. *H.*

6. Limon?

7. Limon; folio angustissimo; folio & fructu variegatis. *H. A. H.*

8. Limon; folio Cerasi. *H.*

9. Li-

9. Limon; fructu Aurantii. *Malus, Limonia, fructu ſuperficie Aurantii. H. L. Pomum Adami. Ferr. Heſp.* 313. *Pomo d'Adamo. Norib. Heſp.* 168. *Malus Adami. C. B. P.* 437. *Poma Adami. I. B.* 1. 99. *Cluſ. H.* 7. *H.*

10. Limon; flore pleno. *H.*

ARBORES ET FRUTICES; FLORE ROSACEO, OVARIO IN CALICE NATO, ABEUNTE IN FRUCTUM CARNOSUM FOETUM TESTA OSSEA CONTINENTE NUCLEUM.

PRUNUS. *T.* 622. 398.

Calix monophyllus, quinquefidus.

Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus triginta, vel ultra, præditus.

Ovarium in fundo calicis fit fructus ovatus, vel globoſus, ſub tenui, glabrâ, tunicâ pulpam mollem condens, in medio ſui continentem oſſiculum oblongum, vel ovale compreſſum, utrimque acuminatum, unico intus nucleo fœtum; pediculus ſatis longus fructui ſuppoſitus.

Malp. An. Pl. 43. 44. 146. 48. 176. 51. 200. 58. 236. 64. 249. 67. 274.

1. Prunus; ſylveſtris. *C. B. P.* 444. *I. B.* 1. 193. *Lob. Ic.* 176. *Lugd.* 130. *Dod. p.* 753. †.

2. Prunus; fructu cerei coloris. *T.* 622. *Pruna coloris ceræ ex candido in luteum palleſcente.*

3. Prunus; fructu majore, rotundo, rubro. *T.* 622. *Pruna magna, rubra, rotunda. C. B. P.* 443.

4. Prunus; fructu maximo, rotundo, flavo & dulci. *T.* 622. *Pruna rotunda, flava, dulcia, Mali amplitudine. C. B. P.* 443.

5. Prunus; fructu parvo, ex viridi flaveſcente. *T.* 623. *Pruna parva, ex viridi flaveſcentia. C. B. P.* 443.

6. Prunus; fructu parvo præcoci. *T.* 623. *Pruna parva, præcocia. C. B. P.* 443.

7. Prunus; fructu magno, dulci, atrocæruleo. *T.* 622. *Pruna, magna, dulcia, atrocærulea. C. B. P.* 443.

Coluntur ſpecies hujus Arboris triginta & una diverſæ ſpecies in Hortis Lugdunenſibus, differentes inter ſe colore, ſapore, magnitudine, figurâ, fructuum.

ARMENIACA. *T.* 623. 399.

Folia Populi nigræ.
Calix monophyllus, quinquefidus, vel & in ſex ſegmenta profundè ſectus, cavus.
Flos roſaceus, pentapetalus, petalis natis ex margine calicis coronante cavitatem, petala aliquando ſex, ſtaminibus triginta fœcundus.
Ovarium in imo fundo calicis, inſtructum tubâ longâ, fit fructus, fere globoſus, ad latera paululum compreſſus, juxta longitudinem ſulcatus, carnoſus, continens oſſiculum planum, fere glabrum, in quo unus plerunque nucleus; pediculo valde brevi.
Malp. An. Pl. 40. 126. 46. 249.

1. Armeniaca; Malus; fructu majore ex luteo rubeſcente. *H. L. Mala, Armeniaca, majora. C. B. P.* 442. *I. B.* 1. 167. *Camer. Epit.* 146. *Malus, Armenia, major. Lugd.* 297. *Mala, Armeniaca. H. Eyſt. Æſt.* 0. *Arb. & Frut. F.* 8. *Fig.* 3. *Dod. p.* 797.

2. Armeniaca; Malus; fructu minore, ex luteo rubeſcente. *H. L. Armeniaca, Mala, minora. I. B.* 1. 167. *Malus, Armeniaca, minor. C. B. P.* 442. *Lugd.* 297. *Armeniaca, minora. Cam. Ep.* 147.

3. Armeniaca; Malus; fructu majore, albeſcente, nucleo dulci. *H. L. Armeniaca, fructu majore, nucleo dulci. T.* 623. *Mala, Armeniaca, majora, nucleo dulci. C. B. P.* 442.

4. Armeniaca; Malus; fructu albo.

Hujus ſex diverſas iiſdem notis ſpecies alunt Lugduno-Batavi ſuis in Pomariis.

PER-

Persica. T. 624. 400.

Folia angusta, oblonga.
Calix monophyllus, in quinque vel sex segmenta profundè sectus, expansus, cavus, intra hunc flos rosaceus, pentapetalus, vel hexapetalus, petalis ex margine calicis cavi internè enatis, & staminibus triginta fœcundus.
Ovarium in imo fundo calicis, instructum tubâ longâ, apice globoso scabro præditâ, fit fructus carnosus, fere globosus, juxta longitudinem sulcatus, fœtus ossiculo profundis scrobiculis exsculptis ornato, in quo nucleus oblongus, plerunque unus; pediculo valde brevi.
Malp. An. Pl. 40. 126. 51. 200. 57. 231. 232. 233. 64. 249.

1. Persica; molli carne, & vulgaris, viridis & alba. *C. B. P.* 400. *Malus Persica. I. B.* 1. 157. *Dod. p.* 796. *Lugd.* 295.
2. Persica; vulgaris; flore pleno. *T.* 624. *H. R. Par.* 117.
3. Persica; Malus, Swollana. *Munting. Prax.* 1. 43.
4. Persica; Africana; flore incarnato, simplici. *T.* 625. *Persica, Malus, Africana, flore incarnato, simplici. H. L. Amygdalus, Africana, vulgò.*
5. Persica; Africana; nana; flore incarnato, pleno. *T.* 625. *Persica, Malus, Africana, flore incarnato, pleno. H. L.*
6. Persica; succo quasi sanguineo. *C. B. P.* 440.
Hujus distinctas species quatuordecim exhibent Lugdunenses Horti.

Cerasus. T. 625.

Folia majora, lucida.
Calix valde cavus, monophyllus, coronatus coronâ quinquefidâ, expansus, per maturitatem retroflexus.
Flos rosaceus, pentapetalus, petalis natis ex interstitiis segmentorum calicis, staminibus triginta fœcundus.
Ovarium, tubâ longâ instructum in imo fundo calicis, fit fructus pulposus, subrotundus, vel cordatus, fœtus testâ osseâ rotundâ, condente nucleum similem; pediculus fructui valde longus.
Malp. An. Pl. 40. 126. 43. 44. 146. 48. 176. 51. 200. 58. 236. 67. 273.

1. Cerasus; hortensis; flore pleno. *C. B. P.* 450. *Cerasus, flore pleno,*

no. I. B. 1. 223. *H. Eyſt.* o. 1. *F.* 4. *Fig.* 1. *Ceraſus, multiflora.* 1. *Tab. Ic.* 983. *Ceraſus, vulgaris, duplici flore. Lob. Ic.* 2. 172.

2. Ceraſus; hortenſis; flore roſeo. *C. B. P.* 450. *Ceraſus, multiflora* 11. *Tab. Ic.* 984. *Ceraſi alia ſpecies, major, pauciores fructus edens. Lob. Ic.* 2. 172.

3. Ceraſus; pumila. *C. B. P.* 450. *I. B.* 1. 222. *Chamæceraſus. Lob. Ic.* 2. 174. *Cluſ. H.* 64. *Dod. p.* 808. *An Ceraſus Macedonica Plinii?*

4. Ceraſus; racemoſa; hortenſis. *C. B. P.* 450. *Ceraſus, uno pediculo plura. Lob. Ic.* 2. 171. *Lugd.* 311. *Ceraſus, uno pediculo plura ferens, & Ceraſus, racemoſa. I. B.* 1. 223.

5. Ceraſus; racemoſa; ſylveſtris; fructu non eduli. *C. B. P.* 451. *Ceraſus, racemoſa, ſylveſtris. H. Eyſt.* o. 1. *F.* 4. *Fig.* 2. *Ceraſus, racemoſa, Quibuſdam, Aliis Padus. I. B.* 1. 228. *Ceraſus avium, racemoſa. Lob. Ic.* 2. 174. *Padus, Theophraſti. Lugd.* 311.

6. Ceraſus; Afra; folio rotundo, craſſiſſimo, rigido, ſplendente. *H.*

7. Ceraſa; Hottontottorum. *Plukn. Almag.* 94. *Phytol.* 82. 5. *H.*

Induſtria Horticolarum collegit ultrà quadraginta & quatuor diverſas omninò ſpecies Ceraſorum, amabili ſuavitate compenſantes pretium operæ & impenſarum.

MALPIGHIA. *Plum. N. G. A.* 46. 36.

Calix exiguus, monophyllus, quinquefidus, ſegmentis bifidis.

Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus in formam tubi coaleſcentibus.

Ovarium in fundo calicis, fit fructus carnoſus, globoſus, mollis, unicapſularis, condens officula tria, alata, fœta nucleo.

1. Malpighia; Mali Punici facie. *Plum. N. G. A.* 46. *Ceraſus, Americana, Myrti foliis conjugatis, fructu acerbo, tetrapyreno. Plukn. Ph.* 158. 4. *Ceraſus, Jamaicenſis, fructu tetrapyreno. H. A.* 1. 145. *H. Prægn.*

AMYGDALUS. *T.* 627. 402.

Calix monophyllus, quinquefidus.
Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus multis præditus.
Ovarium in fundo calicis inſtructum tubâ longâ donatâ apice globoſo, fit fructus, callo pulvinato, minus ſpiſſo, ſicciore condens officulum rugis minus profundis ornatum, in quo nucleus oblongus, plerunque unus; pediculo breviſſimo.
Malp. An. Pl. 41. 126. 48. 176. 51. 200. 57. 231. 232. 233. 60. 283. 64. 249.

1. Amygdalus; ſativa; fructu majore. *C. B. P.* 441. *Amygdalus, dulcis. I. B.* 1. 174. *Amygdalus, cum flore. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 6. *Fig.* 3. *Amygdalus. Lugd.* 317. *Dod. p.* 798.
2. Amygdalus; ſativa; fructu minore. *C. B. P.* 441.
3. Amygdalus; dulcis; putamine molliori. *C. B. P.* 442.
4. Amygdalus; amara. *C. B. P.* 441. *I. B.* 1. 174.
5. Amygdalus; Indica; nana. *H. R. Par.* 11. *Amygdalus, pumila. M. H. Bloes. Amygdalus, nana. Munt. Hiſt.* 34. *H.*
6. Amygdalus; Æthiopica; fructu holoſerico. *Breyn. Cent.* 1. 1. *H.*

ZIZIPHUS. *T.* 627. 403.

Folia trinervia.
Caliculus monophyllus, quinquefidus.
Flore roſaceo, pentapetalo, herbaceo, exiguo, ſeſſili, fere abſque pedunculo.
Ovarium in fundo calicis fit fructus ovatus inſtar Olivæ, ſub carne includens officulum diviſum in duo loculamenta fœta nucleo oblongo; pediculo brevi.

1. Ziziphus. *Dod. p.* 807. *Zizipha, ſativa. I. B.* 1. 40. *Jujubæ, majores, oblongæ. C. B. P.* 446. *Ziziphus, punicca. Lugd.* 356. *H.*
2. *An* Ziziphus; quæ Jujube Americana; ſpinoſa; Loti Arboris foliis & facie; fructu rotundo, parvo, dulci. *Cat. Hort. Beaumont? Leguanaria vulgô. H. A.* 1. 141. *H.*

Myxa. *Dod. p.* 806.

Flos pentapetalus, roſaceus, in racemum congeſtus.
Ovarium in fundo calicis fit fructus Pruniformis, calice exceptus, fœtus oſſiculo ſimplici, aut triplici loculo, inſtructo, in ſingulis horum unus nucleus; pediculo longo.

1. Myxa. *Dod. p.* 806. *Myxa, domeſtica, ſive Sebeſten. I. B.* 1. 197. *Sebeſtena, domeſtica. C. B. P.* 446. *H. A.* 1. 139. *Myxas, Arbor, ſive Sebeſtena noſtra. Lugd.* 359. *H. Prægn.*

Laurocerasus. *T.* 627. 403.

Folia craſſa, ſplendentia, ſemperviridia, Lauro ſimilia.
Calix cavus, infundibuliformis, orâ planâ, quinquefidâ.
Flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus multis fœcundus.
Ovarium in fundo calicis inſtructum tubâ longâ, fit fructus Ceraſo ſimilis.

1. Laurocerasus. *Cluſ. H.* 4. *I. B.* 1. 420. *Ceraſus, folio Laurino. C. P. P.* 450.

ARBO-

ARBORES ET FRUTICES, FLORE ROSACEO, POLYPETALO, IN QUIBUS OVARIUM CALICE CORONATUM, FLOREM SUSTINET, ET FIT FRUCTUS UMBILICATUS, FOETUS SEMINIBUS MULTIS, CALLOSIS.

PYRUS. T. 628. 404.

Habitus procerior, & erectior, quam Mali.
Finis pedunculi abit in ovarium, oblongum, cujus margo ſuprema fit corona, expanſa, inſtar calicis, in quinque ſegmenta, ſtellatim expanſa; in centro cava.
Flos ovario innatus habet petala quinque, expanſa inſtar Roſæ, nata ex interſtitiis ſegmentorum coronæ, & ſtamina viginti, vel ultrâ, etiam inde nata ex orâ calicis.
Ovarii ſupremi centrum emittit tubas quinque terminatas in apicem ſcabrum, orbicularem, & ovarium ipſum fit fructus oblongus, turbinatus, quinquelocularis, carnoſus, umbilicatus.
Malp. An. Pl. 48. 175. 51. 206. 58. 235. 68. 277. 64. 251.

1. Pyrus; ſativa. *C. B. P.* 439. *I. B.* 1. 35.

Tam numeroſâ ſobole amplificavit hanc Arboris ſpeciem Ars Pomaria, ut centum, ſeptuaginta, & duas ſpecies diverſas Horticolæ Noſtri venales alant.

CYDONIA. T. 632. 405.

Habitu humiliore, ramis diffuſis, contortiſque.
Calix ut in Pyro.
Flos roſaceus, pentapetalus, ut in Pyro.
Ovarium ut in Pyro, fit fructus Pyro accedens, carnoſus, acerbus, umbilicatus, quinque loculis membranoſis ſemina plura glutinoſa condens; lanugine canâ inveſtitus.
Malp. An. Pl. 51. 205.

1. Cydonia; fructu oblongo, læviori. *T.* 632. *Malus, Cydonia, fructu oblongo & læviori. H. R. Par. Cydonia, majora. Raj. H.* 1453. *Mala, Cotonea, majora. C. B. P.* 434. *Mala, Cotonea, oblongiora & majora. Dod. p.* 795. *Cotonea, Malus. I. B.* 1. 27.

2. Cy-

2. Cydonia; fructu breviore & rotundiore. *T.* 633. *Malus, Cydonia, fructu breviore & rotundiore. H. R. Par. Cydonia, minora. Raj. H.* 1453. *Mala, Cotonea, minora. C. B. P.* 434. *Cotonea, & Cydonia, Mala. Lob. Ic.* 2. 152. *Malus, Cotonea. Dod. p.* 795.

3. Cydonia; anguſtifolia; vulgaris. *T.* 633. *Malus, Cydonia, anguſtifolia, vulgaris. H. R. Par. Malus, Cotonea, ſylveſtris. C. B. P.* 435.

4. Cydonia; latifolia; Luſitanica. *T.* 633. *Malus, Cotonea, latifolia, Ulyſſiponenſis. H. R. Par.*

Cratægus. *T.* 633.

Folia ſolitaria non pinnata.
Calix, flos roſaceus, pentapetalus, & ovarium ut in Pyro.
Fructus figurâ Pyri, magnitudine baccæ, umbilicatus, in loculis membranoſis ſemina calloſa condens.

1. Cratægus; folio ſubrotundo, ſerrato, ſubtus incano. *T.* 633. *Sorbus, Alpina. I. B.* 1. 65. *Aria. Lugd.* 202. *Alni effigie, folio lanato, major. C. B. P.* 452. *Sorbus, Aria cognominata. Cluſ. H.* 9. *Meſpilus, Alni lanato folio, major. H. L. Aria, Theophraſti. Vulgò.*

2. Cratægus; folio oblongo, ſerrato, utrimque virente. *T.* 633. *Chamæmeſpilus. I. B.* 1. 72. *Cotonaſter, folio oblongo, ſerrato. C. B. P.* 452. *Cotonaſter forte Geſneri. Cluſ. H.* 63. *Meſpilus, humilis, folio Mali Cydoniæ oblongo, ſerrato. H. L.*

3. Cratægus; Virginiana; foliis Arbuti. *T.* 633. *Sorbus, Virginiana, foliis Arbuti. Breyn. Prodr.* 1. *H. L.* 699.

4. Cratægus; folio laciniato. *T.* 633. *Sorbus, torminalis. Dod. p.* 803. *Sorbus, torminalis, & Cratægus Theophraſti. I. B.* 1. 63. *Meſpilus, Apii folio, ſylveſtris, non ſpinoſa, ſive Sorbus, torminalis. C. B. P.* 454. *Cratægus, Theophraſti. Lugd.* 99.

Sorbus. *T.* 633.

Omnia ut Pyro & Cratægo, ſed folia ut in Fraxino pinnata.

1. Sorbus; ſativa. *C. B. P.* 415. *Sorbus. I. B.* 1. 59. *Dod. p.* 803.

2. Sorbus; aucuparia. *I. B.* 1. 62. *Sorbus ſylveſtris, foliis Domeſticæ ſimilis. C. B. P.* 415. *Sorbus ſylveſtris, Alpina. Lob. Ic.* 107.

MALUS. *T.* 634. 406.

Finis pedunculi fit ovarium, cujus margo ſuperior explicatur in coronam, inſtar calicis monophylli, explicatam in quinque magna ſegmenta, expanſa.

Flos roſaceus, pentapetalus, ovario intra coronam innatus, habet petala nata ex interſtitiis ſegmentorum, & ſtamina multa orta ex calicis interno ambitu.

Ovario aucto, petalis excuſſis, elapſis ſtaminibus, marceſcunt quinque tubæ longæ ovarii centro emiſſæ, contrahitur calix, fitque fructus Pomum umbilicatum, quinqueloculare, carnoſum.

Malp. An Pl. 42. 127. 42. 129. 58. 234. 64. 252. 67. 275.

1. Malus; flore pleno. *C. B. P.* 433. *Poma flore multiplici. H. Eyſt.* o. 1. *F.* 5. *Fig.* 1.

2. Malus; ſive Pomum. *C. B. P.* 433. *Malus I. B.* 1. 1.

Effecit benefica in uſus humanos Arboris hujus utilitas, ut diligentia & ars hîc apud noſtros produxerit atque venales coluerit ducentas quidem, & plures penitus diſtinctas ſpecies Pomorum.

GUANABANUS. *Plum. N. G. A.* 42. 10.

Calix trifolius.

Flos tripetalus, roſaceus, ſtaminibus numeroſiſſimis præditus.

Ovarium in fundo floris & calicis, fit fructus globoſus, aut turbinatus, carnoſus, mollis, in quo ſemina multa, dura, oblonga.

1. Guanabanus; Oviedi; fructu ſquamato. *I. B.* 1. 114. *Anona Indica, Pomo cæruleo. Par. Pat. Pr.* 312. *Anona. Hernand.* 90. *Anona-Maram. H. Mal.* 3. 23. *H. Prægn. ob Pomi ſpeciem huc relata.*

Guajava. *T.* 660. 443.

Finis pedunculi abit in ovarium, ovatum, coronatum coronâ, calicis inſtar, quinquefidâ.
Flos roſaceus, pentapetalus, ovario, intra coronam, innatus, ſtaminibus quam plurimis præditus.
Ovarium, tubâ longâ inſtructum, fit fructus carnoſus, ſeminibus numeroſiſſimis, exiguis, refertus.

1. Guajava. *Cluſ. Hiſt. App.* 1. *Guajava, alba, dulcis. H. L. Guajabo Pomifera, Indica. C. B. P.* 437. *Guajaba. Piſ. H.* 152. *Xalxochotl, ſeu Pomum arenoſum. Hern.* 84. *Pela. H. Mal.* 3. 31. *H.*
2. Guajava; rubra; acida; fructu rotundiori. *H. L.* 305. *Malakka Pela. H. Mal.* 3. 33. *H.*
3. Guajava; ſylveſtris. *Pelou. H. Mal.* 3. 35. *H.*

Punica. *T.* 636. 407.

Finis pedunculi fit ovarium, cujus apici innaſcitur calix monophyllus, multifidus, colore floris ruberrimo, campaniformis.
Flos roſaceus, polypetalus, ovario, intra calicem, innatus, ſtaminibus numeroſiſſimis præditus.
Ovarium, excuſſo flore, emarcidis ſtaminibus, calicem in umbilicum contrahens, fit fructus pomiformis, cortice lentiſſimo, pulpâ vinoſâ, in loculis multis condens ſemina plurima.
Malp. An. Pl. 42. 129. 48. 177. 151. 211. 68. 278. 65. 253.

1. Punica; quæ Malum Granatum fert. *Cæſalp.* 141. *Malus Punica, ſativa. C. B. P.* 438. *Malus Punica. I. B.* 76. *Malus Punica, flore ſimplici. H. Eyſt. Æſt.* 0. *Arb. & Frut. F.* 7. *Fig.* 1. *H.*
2. Punica; fructu dulci. *T.* 636. *Malus Punica, ſativa, fructu dulci. C. B. P.* 438. *H.*
3. Punica; flore pleno, majore. *T.* 636. *Malus Punica, flore pleno. H. R. Par. Balauſtia, flore pleno, majore. C. B. P.* 438. *Balauſtia Hiſpanica. I. B.* 1. 82. *Balauſtia. H. Eyſt. Æſt.* 0. *Arb. & Frut. F.* 8. *Fig.* 1. *H.*

Rosa. T. 636. 408.

Frutex, cortice plerumque ſpinoſo.
Folia pinnata in impar extremum exeuntia.
Finis pedunculi format ovarium fere ſphæricum, coronatum in faſtigio ſuo coronâ profundè quinquefidâ, radiatâ, cujus ſegmenta longa, atque laciniata, calicem referunt.
Flos pentapetalus, habet orta petala ex margine interno calicis, unde & ſtamina numeroſiſſima.
Ovarium, emittens ex centro apicis capitulum tubis multis, fimbriatis ornatum, fit fructus unicapſularis, fœtus ſeminibus plurimis, anguloſis, villoſis, inſtructus apice foliaceo.
Malp. An. Pl. 42. 131. 46. 160. 51. 205.

1. Roſa; lutea; ſimplex. *C. B. P.* 483. *Roſa lutea. I. B.* 2. 47. *Roſa lutea, flore ſimplici. H. Eyſt. Vern.* 0. 6. *F.* 5. *Fig.* 1.

2. Roſa; Punicea. *Cordi.* 11. *Virgilii. Eclog.* 5. *Columellæ. L.* 9. *C.* 4. *Roſa, ſylveſtris, Auſtriaca, flore Phœniceo. Park. Th.* 1019.

3. Roſa; uno ramo luteos, cæteris puniceos, flores gerens ſimplices.

4. Roſa; lutea; multiplex. *C. B. P.* 483. *Roſa, lutea, flore pleno. I. B.* 2. 48. *Roſa flava, plena. Cluſ. H.* 114. *Et Appendice alterâ ad hunc locum. Roſa, lutea, maxima, flore pleno. H. Eyſt. Vern.* 0. 6. *F.* 2. *Fig.* 4.

5. Roſa; odore Cinnamomi ſimplex. *C. B. P.* 483. *Roſa cinnamomea, floribus, ſubrubentibus, ſpinoſa. I. B.* 239. *Roſa cinnamomea. Lob. Adv.* 441.

6. Roſa; odore Cinnamomi; flore pleno. *C. B. P.* 483. *Roſa cinnamomea, pleno flore. Cluſ. H.* 115. *H. Eyſt. Vern.* 0. 6. *F.* 5. *Fig.* 2. *Roſa minor, rubello, multiplicato, flore, aſperis ſpinis armata. I. B.* 2 38.

7. Roſa; campeſtris; ſpinoſiſſima; flore albo, odoro. *C. B. P.* 483. *Roſa, pumila, ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo. I. B.* 2. 40. *Roſa, campeſtris, odora, & quinta. Cluſ. H.* 116. *Roſa, præcox, ſpinoſa, flore albo. H. Eyſt. Vern.* 0. 6. *F.* 5. *Fig.* 4.

8. Roſa; campeſtris; ſpinoſiſſima; flore ex albo & ſuaverubente variegato, odoro.

9. Roſa; Eglenteria. *H. Eyſt. Vern.* 0. 6. *F.* 6. *Fig.* 4. *Roſa ſylveſtris, foliis odoratis. C. B. P.* 483. *Roſa, Eglantina dicta, foliis odoratis. I. B.* 2. 41. *Flore rubro, ſemipleno, petalis denis, duodenisve.*

10. Roſa; alba; flore pleno. *H. Eyſt. Vern.* 0. 6. *F.* 3. *Fig.* 1. *Roſa alba, vulgaris, major. C. B. P.* 482.

11. Roſa; ſpinis carens; flore majore. *C. B. P.* 482. *Roſa Acanthos, flore pleno, coloris rubelli. I. B.* 2. 35. *Roſa, ſine ſpinis. Tab. Ic.* 1085.

12. Roſa; rubra; plena; ſpinoſiſſima; pedunculo muſcoſo.

13. Roſa; ſpinis fere carens; flore pleno, ex lacteo, carneo, & rubro, variegato, petalis exterioribus in initio ruberrimis. *An Roſa Baſilica, ex albido colore & rubello varia. D. de Bertinieres. Joncq. Hort?*

14. Roſa; Damaſcena; flore pleno. *H. Eyſt. Vern.* o. 7. *F.* 1. *Fig.* 1. *Ob colorem vocari poſſet, Roſa, pumila, foliis parvis, flore pleno, parvo, ruberrimo.*

15. Roſa; Mileſia; flore rubro, pleno. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 3. *Fig.* 3. *Roſa fina. Vulgô.*

16. Roſa; flore albo pleno, parvo, petalis vietê criſpulis, ad ungues flaveſcentibus.

17. Roſa; flore carneo, pleno, parvo, petalis vietê criſpulis.

18. Roſa; rubra; multiplex. *C. B. P.* 481. *Roſa, rubra, flore valde pleno. I. B.* 2. 34. *Roſa, Provincialis, plena, major. Vulgô.*

19. Roſa; Provincialis; flore incarnato, pleno. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 2. *Fig.* 3.

20. Roſa; alba; minor. *C. B. P.* 482. *Roſa, lacteola. I. B.* 2. 45. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 4. *Fig.* 2.

21. Roſa; rubicunda; Saccharina dicta. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 4. *Fig.* 2.

22. Roſa; ex rubro-nigricante; flore pleno. *C. B. P.* 481. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 4. *Fig.* 1.

23. Roſa; flore magno, pleno, ex atrorubente & pallidorubro variegato ocyſſimê marceſcente.

24. Roſa; Prænestina; variegata, plena. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 2. *Fig.* 2. *Roſa, major, Prænestina. Cluſ. H.* 114.

25. Roſa; Provincialis; flore incarnato, pleno. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 2. *Fig.* 3.

26. Roſa; ſylveſtris; incarnato flore. *H. Eyſt. Vern.* o. 6. *F.* 6. *Fig.* 1. *Roſa, ſylveſtris, vulgaris, flore odorato, incarnato. C. B. P.* 483. *Roſa, ſylveſtris, alba, cum rubore, foliis glabris. I. B.* 2. 43.

27. Roſa; omnium calendarum. *H. R. Par. H.*

28. Roſa; multiplex; media. *C. B. P.* 482. *Roſa, centifolia, Batavica, altera. I. B.* 2. 38. *Roſa, centifolia, Batavica,* 11. *Cluſ. H.* 114.

29. Roſa; ſylveſtris; Pomifera; major. *C. B. P.* 484. *Roſa, Pomo ſpinoſo, folio hirſuto. I. B.* 2. 38.

30. Roſa; ſaturatius rubens. *C. B. P.* 481. *Roſa purpurea, ſive in rubro nigricans. Cam. Hort.*

31. Roſa; verſicolor. *C. B. P.* 481. *Flore pleno ex albo & carneo, fere eadem* 20.

32. Roſa; flore pleno, carneo, minore.

33. Roſa; Provincialis; major; flore pleno, ruberrimo. *Roſa ſanguinea vulgô.*

34. Roſa; Provincialis; flore pleno, atropurpureo, holoſerico.
35. Roſa; flore pleno, ſericeo, rubro, minore; vix ſpinoſa.
36. Roſa; Eglanteria; ſimplex; Kermeſina.
37. Roſa; Provincialis; lactea; plena; altiſſima.
38. Roſa; Provincialis; flore holoſerico, atrorubente.
39. Roſa; Provincialis; flore pleno, omnium ruberrimo.

ARBORES, ET FRUTICES, FLORE ROSACEO, INSIDENTE FRUCTUI BACCATO POLYPYRENO.

GROSSULARIA.

Frutex ſpinoſus.
Folia parva.
Finis pedunculi fit ovarium, coronatum calice, amplo, quinquefido, ſegmentis magnis, reflexis.
Flos pentapetalus, petalis ortis ex interſtitio ſegmentorum calicis, & inter ſingula petala unum ſtamen.
Ovarium, ex centro apicis emittens tubam, per maturitatem calicem contrahit, qui fit umbilicus fructus globoſus, ſingularis plerumque in uno pedunculo, pulpoſus, plenus ſeminibus exiguis, acinoſis.
Malp. An. Pl. 50. 199. 64. 250.

1. Groſſularia; ſimplici acino; vel ſpinoſa ſylveſtris. *C. B. P.* 455. *Uva criſpa, ſive Groſſularia. I. B.* 1. 47. *Uva criſpa. Dod. p.* 748.
2. Groſſularia; ſpinoſa; ſativa. *C. B. P.* 455. *Groſſularia, majore fructu. Cluſ. H.* 120.
3. Groſſularia; ſpinoſa; ſativa; altera; foliis latioribus. *C. B. P.* 455. *Groſſularia, ſpinoſa, fructu obſcuré purpuraſcente. I. B.* 1. 48. *Groſſularia, fructu obſcuré purpuraſcente. Cluſ. H.* 120.
4. Groſſularia; ſive Uva criſpa, alba, maxima, rotunda. *Sutherl. H. Edinb.*
5. Groſſularia; maxima; ſubflava; oblonga. *Sutherl. H. Edinb.*
6. Groſſularia; fructu rubro, majore.
7. Groſſularia; fructu rubro, minore.

RIBES.

Frutex non ſpinoſus.
Folia majora.
Finis pedunculi abit in ovarium coronatum calice amplo, ſecto in quinque ſegmenta majora.
Flos pentapetalus, quinque petalis parvis, natis ex interſtitio ſegmentorum, ſtamina quinque.
Ovarium emittens ex centro apicis tubam longam, fit fructus globoſus, ex contracto calice umbilicatus, in racemos digeſtus, fœtus ſeminibus acinoſis.

1. Ribes; vulgaris; acidus; ruber. *I. B.* 2. 97. *Ribes, vulgaris, fructu rubro. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 14. *Fig.* 2. *Ribeſium, fructu rubro. Dod. p.* 749. *Groſſularia, multiplici acino, ſive non ſpinoſa, hortenſis rubra, ſive Ribes Officinarum. C. B. P.* 455.

2. Ribes; flore rubente. *I. B.* 3. 98. *Ribes, major, fructu rubro. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 14. *Fig.* 4. *Ribes* 11 *Genus amplioribus foliis & majore fructu. Cluſ. H.* 119. *Groſſularia, hortenſis, majore fructu rubro. C. B. P.* 455.

3. Ribes; quæ Groſſularia; hortenſis; majore fructu albo. *H. R. Par.*

4. Ribes; vulgaris; acidus; albas baccas ferens. *I. B.* 2. 98. *Ribes, fructu albo. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 14. *Fig.* 5. *Ribes, vulgaris, albo fructu. Cluſ. H.* 120. *Groſſularia, Hortenſis, fructu Margaritis ſimili. C. B. P.* 455.

5. Ribes; Alpinus; dulcis. *I. B.* 2. 98. *Ribes, minor, fructu rubro. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 14. *Fig.* 1. *Groſſularia, vulgaris, fructu dulci. C. B. P.* 455. *Cluſ. H.* 120.

6. Ribes; nigrum vulgô dictum; folio olente. *I. B.* 2. 98. *Ribes, fructu nigro. H. Eyſt. Vern.* 0. *Arb. & Frut. F.* 14. *Fig.* 3. *Ribeſium, fructu nigro. Dod. p.* 749. *Groſſularia, non ſpinoſa, fructu nigro, majore. C. B. P.* 455.

MYRTUS. *T.* 640. 409.

Finis pedunculi abit in ovarium, cujus oræ ſupremæ innaſcitur calix brevis, quinquefidus, ſtellatus.
Flos roſaceus, pentapetalus, ovario innatus, intra calicem, gerit ſtamina quam plurima.
Ovarium in apicis centro placentulam gerens, inde emittit tubam longam, gracilem, & fit dein fructus, formâ oblongâ, umbilicatus, trilocularis, fœtus ſeminibus multis, reni ſimilibus.

1. Myrtus; communis; Italica. *C.B.P.* 468. *Myrtus, vulgaris, ſylveſtris. I.B.* 1. 510. *H. R. D.*
2. Myrtus; balſamica; foliis Mali Granatæ. *H.L. H.R.D.*
3. Myrtus; foliis odore Nucis Muſchatæ; cauliculis rubentibus; vulgô odore Citri. *Schuyl. Cat. Hort.* 49. *H.R.D.*
4. Myrtus; latifolia; Romana. *C.B.P.* 468. *Myrtus altera. Dod. pag.* 772. *H.R.D.*
5. Myrtus; latifolia; Bætica fecunda; vel foliis Laurinis confertim naſcentibus. *C.B.P.* 469. *Myrtus, Bætica, latifolia, exotica. Cluſ. H.* 65. *H.R.D.*
6. Myrtus; anguſtifolia, Bætica. *C.B.P.* 469. *Myrtus, exotica, anguſtifolia. I.B.* 1. 511. *Myrtus, Bætica, anguſtifolia. Cluſ. H.* 66. *H.R.D.*
7. Myrtus; flore pleno. *Corn.* 203. *H.R.D.*
8. Myrtus; folio Buxi. *Schuyl. Cat. Hort.* 49. *H.R.D.*
9. Myrtus; minor; vulgaris. *C. B. P.* 469. *Lob. Ic.* 127. *Myrtus, Tarentina. Cluſ. H.* 67. *I.B.* 1. 512. *H. Eyſt. Æſt.* 0. *Arb. & Frut. F.* 12. *Fig.* 2. *H.R.D.*
10. Myrtus; minor; foliis ex luteo variegatis. *H.L.*
11. Myrtus; foliis minimis & mucronatis. *C. B. P.* 469. *Myrtus, anguſtifolia, minor. I.B.* 1. 513. *Myrtus, domeſtica, fructu albo. Cluſ. H.* 67. *Myrtus, foliis Roſmarini. Schuyl. Cat. Hort.* 49. *H. R. D.*
12. Myrtus; foliis mucronatis, ex albo & viridi variegatis; floſculis rubro candidis. *H.R.D.*
13. Myrtus Zeylanica. *Vid. Vitis Idæa.*

ARBORES ET FRUTICES, FLORE ROSACEO INNATO SUMMITATI OVARII FOETI OSSICULIS.

Cornus. T. 641. 410.

Calix tetraphyllus, rigidus, expanſus, communis, alteri quadrifolio, exiguo, acuto, ſuppoſitus.
Ex centro illius calicis floſculi multi, in umbellam digeſti, tetrapetali, ovario innati, ſtaminibus quatuor præditi.
Ovarium innixum pedunculo, tubâ longâ inſtructum, fit fructus Olivæ ſimilis, umbilicatus, mollis, carnoſus, in quo oſſiculum biloculare nucleis fœtum.

1. Cornus; hortenſis; mas. *C. B. P.* 447. *Cornus ſativa, ſive domeſtica. I. B.* 1. 210. *Cornus. Cluſ. H.* 12. *H. Eyſt. Hyem.* o. 1. *F.* 7. *Fig.* 3.
2. Cornus; fœmina. *C. B. P.* 447. *Lob. Ic.* 169. *Cornus fœmina, putata Virga ſanguinea. I. B.* 1. 214.
3. Cornus; fœmina; foliis variegatis. *H. L.*

Mespilus. T. 641. 410.

Finis pedunculi abit in ovarium, cujus apex dat calicem quinquefidum, ſtellatum, ſegmentis longis, acutis, expanſis.
Flos innaſcitur ovario, roſaceus, pentapetalus, habetque ſtamina numeroſiſſima orta ex orâ calicis.
Ovarium, inſtructum quinque tubis apice hiante bifido donatis, fit fructus coronatus, carnoſus, mollis, unicapſularis, fœtus ſeminibus duris quinque ut plurimum.
Malp. An. Pl. 42. 127. 129. 43. 44. 146. 48. 175. 176.

1. Meſpilus; Germanica; folio Laurino, non ſerrato; ſive Meſpilus ſylveſtris. *C. B. P.* 453. *Meſpilus, vulgaris. I. B.* 1. 69. *Meſpilus. Dod. p.* 801.
2. Meſpilus; folio Laurino; major. *C. B. P.* 453. *Meſpilus domeſtica. Lob. Ic.* 166.
3. Meſpilus; folio Laurino; fructu dulci.
4. Meſpilus; Apii folio laciniato. *C. B. P.* 453. *Meſpilus, Aronia, Veterum. I. B.* 1. 67. *Meſpilus Aronia. Dod. p.* 801. *Azarolus. Cæſalp.*
5. Meſpilus; Apii folio laciniato; flore pleno. *H. L.*
6. Meſpilus; Apii folio; ſylveſtris; ſpinoſa; ſive Oyxacantha. *C. B. P.* 454.

454. *Oxyacantha, vulgaris, ſive Spinus albus. I. B.* 1. 49. *Oxyacantha, ſive Spina acuta. Dod. p.* 751.

7. Meſpilus; ſpinoſa; ſive Oxyacantha; flore pleno. *T.* 642. *Oxyacantha, ſive Spina alba, flore pleno. Munt. H.* 186.

8. Meſpilus; ſpinoſa; Pyri folio. *H. L. Meſpilus, aculeatus, Amygdali folio. T.* 642. *Oxyacantha Dioſcoridis, ſive Spina acuta, Pyri folio. C. B. P.* 454. *Pyracantha, Quibuſdam. I. B.* 1. 51. *Rhamnus tertius, Dioſcoridis. Lob. Ic.* 182.

9. Meſpilus; ſpinoſa; ſive Oxyacantha Virginiana; nigra. *H. L. Meſpilus, Prunifolia, Virginiana, non ſpinoſa, fructu nigricante. Plukn. Phyt.* 46. 2. *H.*

10. Meſpilus; ſpinoſa; ſive Oxyacantha Virginiana; maxima. *H. L. Meſpilus, Apii folio, Virginiana, ſpinis horrida, fructu amplo, coccineo. Plukn. Phyt.* 46. 4. *Meſpilus, Canadenſis, Sorbi torminalis facie. T.* 642. *Oxyacantha, Americana, Calcar Galli dicta. Raj. H.*

11. Meſpilus; ſylveſtris; ſpinoſa; hirſuta; Apii folio palmato; fructu majore. *H. Cath. Meſpilus, magno, oblongo, laciniato, folio. Ind.* 275.

12. Meſpilus; folio rotundiore; fructu nigro, ſubdulci. *T.* 642. *Alni effigie, lanato folio, minor. C. B. P.* 452. *Vitis Idæa,* 111. *Cluſ. H.* 62. *Diopſyrus. I. B.* 1. 75. *Amelanchier.*

13. Meſpilus; folio ſubrotundo; fructu rubro. *T.* 642. *Cotoneaſter, folio rotundo, non ſerrato. C. B. P.* 452. *Cotoneaſter. I. B.* 1. 73. *Chamæmeſpilus. Geſneri.*

TAMARISCUS. *T.* 661.

Folia tenuiſſima.
Calix exiguus.
Flos exiguus, roſaceus, pentapetalus.
Ovarium eſt capſula oblonga, membranacea, bivalvis, ſeminibus pappoſis plena.

1. Tamariſcus; Germanica. *Lob. Ic.* 218. *Tamarix, fruticoſa, folio craſſiore, ſive Germanica. C. B. P.* 485. *Tamarix, Germanica, ſive minor, fruticoſa. I. B.* 1. 351.

2. Tamariſcus; Narbonenſis. *Lob. Ic.* 218. *Tamarix, altera, folio tenuiore, ſive Gallica. C. B. P.* 485. *Tamarix, major, ſive arborea Narbonenſis. I. B.* 1. 351.

MOLLE. *T.* 661.

Folia pinnata, in impar extremum deſinentia.
Flos roſaceus.
Fructus inſtar grani Piperis.

1. Molle. *Cluſ. in Monard.* 312. *Lentiſcus, Peruana. C. B. P.* 399. *H.*

ARBORES, HERMAPHRODITÆ, FLORE MARE ET OVARIO, SIMUL UNITIS NASCENTIBUS INTRA FRUCTUM.

FICUS. *T.* 662. 420.

Finis pedunculi emittit caliculum exiguum, triphyllum, unde emergit pericarpium A. A. membranulâ obvolutum ſpinoſulâ, in ſummitate fructus contractum B, ubi umbilicum formans abit in foliola acuta, multa, ſquamoſa, ſibi invicem ſucceſſivè incumbentia, C, quæ cavitatem ibi apertam connivendo fere tegunt, dum exteriora pedunculo ſuffulta craſſo E arctius incumbunt, interiora verò D abſque pedunculo hærent.
Ex interno cavi pericarpii pariete undique floſculi hermaphroditi, monopetali, longi, tubulorum formâ, oriuntur, F, cum ovariis G. Malp. An. Pl. 45. 156., *quæ ſunt capſulæ teſtaceæ. H, natæ in utriculis pulpoſis F. G. poſitis intra tracheas D. E. Malp. An. Pl.* 67. 272. *quatuor figuris ibi appictis.*

1. Ficus; communis. *C. B. P.* 457. *Ficus. I. B.* 1. 128. *H. Fructu magno, purpureo.*
2. Ficus; communis; fructu albo. *C. B. P.* 457. *Var. H.*
3. Ficus; communis; fructu viridi. *C. B. P.* 457. *Var. H.*
4. Ficus; communis; fructu cæruleo. *C. B. P.* 457. *Var. H.*
5. Ficus; foliis robuſtioribus, & ramis erectioribus. *H. L. H.*
6. Ficus; humilis. *C. B. P.* 457. *Chamæficus. I. B.* 1. 120. *Ficus pumila. Dod. p.* 812.
7. Ficus; Malabarenſis; folio cuſpidato; fructu rotundo, parvo, gemino. *Plukn. Phyt.* 178. 2. *Kaigang. Cod. Witſen. Arbor Diaboli vulgò. H.*
8. Ficus; Bengalenſis; folio ſubrotundo; fructu orbiculato. *H. A.* 1. 119. *H.*

AR-

ARBORES, ET FRUTICES, IN HORTO CRESCENTES, DE QUIBUS DUBITO, QUO VERSUS REFERRE DECEAT.

An GUIDONIA. *Plum. N. G. A.* 4. 24?

Finis pedunculi explicatur in calicem pentaphyllum, ſtellatim expanſum, coriaceâ craſſitie, extus é cinericeo viridem, intus pulcherrimé purpureum, caducum: intra hunc flos pentapetalus, ſtellatus, extus pallidé purpureus, ſaturatè purpureus intus; petala ad partem inferiorem interius inſtructa ſunt lingulâ parvâ, hirſutâ.

Ovarium, innatum placentæ pentagonæ, ſtipatur ſtaminibus numeroſis, inſtructis teſticulo globoſo, circumcreſcentibus tubo emergenti ut in Malvâ, inſtruitur tubâ longâ explicatâ in apicem fungoſum, fit tandem fructus quatuor, vel tribus, loculis concretis conſtans, ſub duro putamine, uno nucleo fœtis.

Folia alterna Ulmi, hyeme demittit.

1. Guidonia; Ulmi foliis; flore roſeo. *Plum. N. G. A.* 4? *Arbuſcula, facie Ulmi, Æthiopica, ramulis alatis, floribus purpuraſcentibus. H. A.* 1. 165.

Ut conferri queant Plumerianis obſervata adſcripſi, ille enim florem aliter pingit, & deſcribit, ut & fructum.

BENZOIN.

Ex uno caliculo quadrifolio oriuntur floſculi tres ad eundem ortum. Qui ſinguli conſtant uno tubo longo, ſuperius expanſo in tumidum caput, quod in octo ſegmenta profundè funditur, intra hæc ſegmenta ſtamina ſunt brevia, teſticulata, in medio tubo floris ovarium tubâ longâ inſtructum. Cuncta verò quam minima ſunt: ut de ovario non perveniente ad frugem nihil certi ſciam. Folia hyeme ponit.

2. Benzoin. *Arbor Benzoinifera. Breyn. Prodr.* 2. *Arbor Virginiana, Citriæ vel Limoniæ folio, Benzoinum fundens. H. A.* 1. 189. *Miſcell. Cur.* 11. 370.

Clutia.

Folia Portulacæ accedentia, hyeme cadentia.
Calix quinquefolius, caducus, in eo
Floſculus pentapetalus, pallidus.
Ovarium in centro calicis, emittit tubam longam, erectam, apice orbiculari inſtructam, cui circumnaſcitur tubus tener, cui innaſcuntur ſtamina quinque, radiatim circa hunc tubum, fere ad ejus ſupremum, enata: maturum ovarium fit fructus trilocularis ut in Ricino.

1. Clutia. *Frutex Æthiopicus, Portulacæ folio, flore ex albido vireſcente. H. A. 1. 177. Forte poſt Ricinoïdes poni queat, an mavis Chamælææ accenſere? H.*

Memoria Augerii Clutii commendetur ex appellatione hujus arbuſculæ.

Pavia.

Folia Hippocaſtani, conjugata, ſed ſerie ſequenti ad decuſſim prioris.
Finis pedunculi fit calix, longus, tubuloſus, ruber, flori concolor, margine in ſex ſegmenta diviſo; intra hunc
Flos pentapetalus, anomalus, ſic compoſitus, ut referat monopetalum bilabiatum ſuis quinque petalis, dum bina ſuperiora unita formant galeæ ſpeciem, duo lateralia fauces, infimum refert barbam: ſtamina octo inſtructa apiculis ſuis in flore latent. Flores verò in ſpicas digeruntur.
Ovarium in fundo calicis, emittens tubam longam, cylindricam, rubram, fit fructus trilocularis, tricoccos, fœtus ſemine globoſo.

1. Pavia. *An Ricinoïdes, Americana, Caſtaneæ folio. Plum. T. 656. Saä mouna Piſonis. Plukn. Phyt. 56. 4. Sed erroneè ita putaſſe videtur, ſolâ foliorum contemplatione deceptus. Et hæc poſt Ricinoïdes ordinari poteſt. H.*

Petri Pavii in Hiſtoriâ Horti jam memorati ſacra ſit memoriæ hæc Planta.



PAVIA.

A. *ramus paviae* .B. *pedunculi foliorum* .C. *folium* .D. *flos & fructus in spicâ*. E. *calix* .F. *flos* .G. *unum floris petalum* .H. *fructus maturus* .I. *transversim scissus trilocularis* .K. *idem fissus in longum* .L. *semen maturum*.



GALE. *T. Acad. Reg. Sc.* 1706. *T.* 5. *F.* 1.

Folia alterna.

Flos mas in pedunculo ex alâ folii ad caulem in racemum longum digeſtus, eſt nudus, ſex ſtaminibus ramoſè poſitis ornatus.

Ovarium in eâdem Plantâ, alio loco, in pedunculo longè breviore, inhærens caliculo tetraphyllo, caduco, ambitur floribus maſculis aliis, eſtque globoſum, hinc inde ſparſum, fœtum uno ſemine.

1. Gale; quæ Myrto Brabanticæ ſimilis; Carolinienſis; bacciferа; fructu racemoſo, ſeſſili, monopyreno. *Plukn.* 48. 9. *Almageſt.* 250. *An Ambulon Arbor. Scalig. Exerc.* 184. *S.* 24. *Ambulon Arbor. I. B.* 1. 503.

2. Gale; frutex odoratus; Septemtrionalium. *I. B.* 1. 2. 225. *Rhus, Myrtifolia, Belgica. C. B. P.* 414. *Gagel. Germanorum. H.*

3. Rhus; Myrtifolia; Monſpeliaca. *C. B. P.* 414. *H. An huc ſpectat? An ad novum genus. Cui character. Folia Myrti conjugata. Pedunculi ex alâ foliorum orti apex ſit caliculus, pentaphylloïdes, arctè connivens, herbaceus, fere clauſus. Flos pentapetalus, herbaceus, exiguus, ſtaminibus quinque præditus. Ovarium, pentagonum, quinquelocularе, quinque tubis præditum incurvum?*

CAMPHORA.

Folia Pyri, nervoſa, alterna.

Flos monopetalus, hexapetaloïdes, vel pentapetaloïdes, ex ſede foliorum.

Fructus nuciformis, concavo calice exceptus, cortice & putamine fragili, nucleo bifido.

1. Camphora; Officinarum. *C. B. P.* 500. *Camphorifera Arbor, exquâ Camphora Officinarum. H. L. Arbor, Camphorifera, Japonica, foliis Laurinis, fructu parvo, globoſo, calice breviſſimo. Breyn. Prodr.* 2. *H. A.* 1. 185. *H.*

Poſt Quercus ratione fructus, foliorum reſpectu, locari poteſt, poſt Lauros.

TETRAGONOCARPOS. *Commelin. H. A.* 2. 205.

Folia ſparſa.
Finis pedunculi fit ovarium, cujus apici innaſcitur flos, vel calix, quadrifidus, raro quinquefidus, expanſus, donatus multis ſtaminibus, octodecim ſcilicet, vel & viginti.
Ovarium inſtructum quatuor tubis, erectis, fit fructus quatuor loculis, monococcis.
In aliis calix ovario & flori ſuppoſitus.

1. Tetragonocarpos; Africana; fruticans; foliis longis, & anguſtis. *H. A.* 2. 205. *H. R. D.*
2. Tetragonocarpos; præcedenti ſimilis; fructu rotundo, tetragono, umbilicato. *H.*
3. Tetragonocarpos; Afra; folio Portulacæ longo; flore herbaceo. *H.*

TULIPIFERA.

Folia anguloſa, quaſi abſciſſo mucrone.
Flores inſtar Tulipæ.
Fructus eſt conus erectus, ſquamoſus, ſub ſquamis ſemina oblonga condens bina, alis membranaceis donata.

1. Tulipifera; Arbor Virginiana. *H. L. Tulipifera, Virginiana, tripartito Aceris folio, mediâ laciniâ veluti abſciſſâ. Raj. H.* 1798. *Plukn. Phyt.* 117. 5. *Populus, aut potius Alnus Tulipifera, conis erectis. Baniſter. Cat. Stirp. Virgin. H.*

ACAJOU. *T.* 658. 435.

Finis pedunculi abit in calicem, oblongum, quinquefidum.
Flos monopetalus, in quinque longa, anguſta, ſegmenta, diviſus.
In fundo calicis ovarium, Pyriforme, molle, cujus apici innaſcitur capſula renalis, fœta uno ſemine reniformi.

1. Acajou. *Thev. Franc. Autaret.* 120. *Cajous. I. B.* 1. 336. *Anacardii altera ſpecies. C. B. P.* 512. *Anacardium, Occidentale, Cajous dictum, oſſiculo renis Leporis figurâ. H. L. Kapamava. H. Mal.* 3. 65. *Pomifera, ſeu potius Prunifera, Indica, nuce reniformi ſummo Pomo innaſcente, Cajous dicta. Raj. H.* 1649. *H. Prægn.*

An

An COLETTA-VEETLA. *H. Mal.* 9. 77?

Folia conjugata, ſpinis ſuccincta.
Flores monopetali, quinquefidi, vel, ut in Witſenianis figuris, pentapetali magni.
Fructus bivalvis, oblongus, ſemina condens.

1. Coletta-Veetla. *H. Mal.* 9. 77? *Eryngium Zeylanicum, febrifugum, floribus luteis. Herman. Herbar. Viv. Melampyro cognata, Maderaſpatana, ſpinis horrida, an Coletta-Veetla. H. Mal.* 9. 77. *Plukn. Phyt.* 119. 5? *H.*

Arbuſcula; alatis foliis, ad Jaſminum vulgatius accedentibus. *Ind.* 278. *Arbor Balanga. Cod. Witſen. An Terebinthus Americana, Sorbi aucupariæ foliis, rachi mediâ appendicibus alatâ. Plukn. Phyt.* 228. 7. *Arbor Americana, reſinoſa, foliis ad folia Roſarum accedentibus. H. Beaum? Noſtra videtur adhuc alia? Cui rami rubrelli, alternatim adnati cauli, ſic & folia, quæ ad nodum, ſpinâ incurvâ deorſum ſpectante inſtructum, orta, pinnata, octo, vel decem, impari extremo, rachi in alas foliaceas explicatæ applicata hærent. Nec flore hactenus nec fructu, characterem ſui generis hîc definivit. H.*

Arbuſcula; Afra; foliis ſolitariis, triangularibus, dentatis, abſque pedunculo arctè cauli, ramiſque adnatis. *Plukn. Phyt. T.* 319. *dedit Iconem bonam. Huic calix viridis, bifidus, in pedunculo ſolitario ex alis foliorum; floſculus apetalus exiguus; fructus bacca mollis. H.*

Arbuſcula; Afra; folio aculeato Ilicis, caulem amplexo, rigido. *Huic in alis foliolorum, floſculus tripetalos, ſeſſilis, ſtaminibus luteolis præditus. Ovarium in centro floſculi videtur in ſemen pappoſum abire. H.*

Arbuſcula; Afra; foliolis trifoliatis, ſine pedunculis ad caules natis; ſemine Pappoſo. *Plukn. Phyt.* 319. 4. *Iconem dedit. H.*

Arbuſcula; Africana; repens; folio ad latera criſpo; ad Polygona relata. *Aliis Biſtorta. H.*

Arbor; Africana; folio ad ſuperiora bifido Lauroceraſi; lacteſcens; baccifera. *H.*

Arbuſcula; foliis Nerii. *Ex horto Beaumontiano. H.*

Arbor; Africana; Laurifolia; cortice nigro. *Swarte Baſt-Boom. Belgis. Aut Boeke-Boom. H.*

Arbor; folio Salicis viridi, alterno, ſplendente; ſpinis longis, alternis, ad alas foliorum. *H.*

Arbor; foliis teneris, nervoſis, alternis? *H.*

Arbor; quæ Calaboura; alba. *P. B. Prodr. Plukn. Phyt.* 152. *A.*

Arbuſcula; folio Buxi Africanæ; ſpinis longis armata. *Ex H. Beaumontiano.*

Arbor; Afra; folio Lauroceraſi; altera. *Klijne Swart Baſt-Boom. Vulgò. H.*

Arbor; Afra; folio Lauri oblongo, obtuſo? *H.*

Ar-

Arbor; Americana; Incolis Aniſum dictum; vel Poppajaro. *H.*

ALHAGI. *T. C.* 54.

Folia Polygoni, ſparſa, alterna.
Flos papilionaceus.
Siliqua articulata, turgens ſeminibus reniformibus.

1. Alhagi Maurorum. *Rawolf.* 94. *Lugd. App. Geniſtaſpartium, ſpinoſum, foliis Polygoni. C. B. P.* 394. *H.*

Inſerendum hoc genus poſt Niſſoliam pag. 25.

Plantæ acceptæ poſt impreſſum Indicem ſuis locis inſerendæ.

1. Polypodium; majus; aureum. *Plum. Fil. Am.* 59. *H. pag.* 25. *pag.* 1.

Hippomarathrum; folio Crithmi. *Vaill. An Laſerpitium, exoticum, lobis longiſſimis, integris, Ammios Quorundam diviſurâ. Plukn. Phyt.* 96. 1. *pag.* 57. *p.* 1.

Tordylium. *An Seſeli Creticum. C. B. P.* 161? *pag.* 68. *p.* 1.

Plumbaginoïdes; folio Spinachiæ ſpinoſæ; floſculo rubro. *Valerianella, Curâſſavica, ſemine aſpero viſcoſo. Par. Bat.* 237. *Plukn. Phyt.* 113. *F.* 7. *Boerhaavia, Solaniſolia, major. Vaill. Diſc. p.* 50. 51. *pag.* 77. *p.* 1. *a. Prægn.*

Sonchus. *Miſſus nomine Sonchi aſperi laciniati Cretici. C. B. P.* 124. *pag.* 85. *p.* 1. *a.*

Sonchus; elatus; ſive Dendroïdes; Virginianus; Ari in modum auriculatis foliis; ramoſiſſimus; floribus luteis, parvis, pentapetalis. *Plukn. Phyt.* 317. 2. *a. pag.* 85. *p.* 1. *a.*

Hypochæris; Orientalis; annua; folio Cichorei ſylveſtris? *Pag.* 92. *p.* 1. *a.*

Jacobæa; montana; folio Senecionis. *Barr.* 47. *Senecio, minor, folio latiore, ſive montanus. C. B. P. pag.* 99. *p.* 1. *a.*

Chryſanthemum; Africanum; Bellidis campeſtris folio? *Pag.* 106. *p.* 1.

Leucanthemum; Orientale; folio Coſti Hortenſis. *T. C.* 37. *H. pag.* 108. *p.* 1.

Senecio; Atticus; vulgari ſimilis; petalis vix conſpicuis radiato flore. *D. Wheleri. Plukn. Almag. a. pag.* 117. *p.* 1. *a.*

Parthenium; petalis breviſſimis? *Pag.* 111. *p.* 1.

Ptarmica; Orientalis; foliis Santolinæ incanis; flore pallido. *Vaill. H. pag.* 125. *p.* 1.

Ptarmica; Orientalis; foliis Tanaceti incanis; ſemifloſculis florum brevioribus. *T. C.* 37. *H. pag.* 125. *p.* 1.

Carduus; nutans; foliis viridioribus, glabris. *Raud. pag.* 138. *p.* 1.

Scla-

Sclarea; Orientalis; folio ſubrotundo; flore magno partim albo, partim purpuraſcente. *T. C.* 10. *pag.* 165. *p.* 1.

Marum; inodorum. *Vaill. H. pag.* 182. *p.* 1.

Verticillata; Jamaicana; folio molliſſimo, graveolentiſſimo, Urticæ? *Pag.* 187. *p.* 1.

Samoloïdes.

Folia conjugata.

Finis pedunculi ſit calix monophyllus, in quatuor longa, gracilia, hirſuta, rugoſa, ſegmenta, ſtellatim expanſa, ſectus, inferius cavus, conicus.

Calici innaſcitur flos monopetalus, infra cavus, ſupra ſectus in quatuor ſegmenta, ad unguem uſque inciſa, ſtellatim expanſa, caducus; ex margine floſculi, ubi pandi incipit, pili albi, innumerabiles, oriuntur erecti, intra quæ eodem loco quatuor ſtamina.

In centro calicis placenta, cui innaſcitur in cavo calicis ovarium, oblongum, turbinatum, unicapſulare, inſtructum unâ tubâ longâ, bivalve, condens unum ſemen, parvum, ovale, compreſſum.

Samoloïdes; quæ Capraria; Curaſſavica; Cabritta vulgô dicta. *H. A.* 1. 79. *H. pag.* 202. *p.* 1.

Lychnis; alba; ſimplex; calice ampliſſimo, veſicario; ſemine cinereo. *a. pag.* 215. *p.* 1.

Gratiola; Canadenſis; latifolia; flore magno, cærulco. *Sarazen. pag.* 229. *p.* 1.

Antirrhinum; majus; ſaxatile; folio anguſtiſſimo; flore purpuraſcente minore. *Barrel.*

Volubilis; Jamaicana; folio ſolitario, magno? *Prægn. pag.* 247. *p.* 1. *An Granadilla?*

Reſeda; vulgaris; capſulâ verrucoſâ. *Vaill. a. pag.* 251. *p.* 1.

Ketmia. *Quæ Acetoſa ſpuria Guineënſis vulgô. Prægn. pag.* 273. *p.* 1.

Ketmia. *Quæ Acetoſa rubra Guineënſis vulgô. Prægn. pag.* 273. *p.* 1. *Pag.* 19. *Part.* 2. *N.* 30. *Eſt* Leucojum; minus; folio Lavendulæ; obſoleto flore; anguſtifolium. *Barr. Ic.* 803. *Itaque nomen, quod dedi, deleatur.*

Lathyrus; folio anguſtiſſimo; ſemine rotundo. *H. R. Par. a. pag.* 42. *p.* 2.

Granadilla; fœtida; folio tricuſpide, villoſo; flore albo. *T.* 240. *Prægn. H. pag.* 84. *part.* 2.

Opuntia Curaſſavica; folio amplo, fere orbiculari, ſpinis longis, candidiſſimis, ornato. *H. R. D. pag.* 82. *p.* 2.

Plantæ novæ, incertæ, vel necdum ſatis impreſſis libris deſcriptæ.

Basella.

Radix annua.
Folia orbicularia, ſucculenta, craſſa, nigra.
Habitus Convolvuli inſtar ſcandens.
Ex alis foliorum pedunculi in quibus flores ſpicati, maſculini in unâ parte Plantæ.
Ovarium baccatum alio Plantæ loco in ipſis alis foliorum minorum ſeſſile.

Baſella. *H. Mal.* 7. 24 *Baſila. Zan. Hiſt. Beta, baccifera, aizoïdes, rotundifolia, Zeylanica. Breyn. Prodr.* 2. 23. *Mirabili Peruvianæ affinis Tinctoria, Betæ folio, ſcandens, Cochinenſis, floſculis puniceis, muſcoſis, ex ſinu foliorum ſpicatis, fructu intus cochleato. Plukn. Phyt. T.* 63. *F.* 1. *Solanum ſcandens, Malabaricum, folio Betæ. H. Amſt.* 8. 330. *Prægn. pag.* 70. *p.* 2. *Poſt Phytolaccas.*

Dracunculoïdes.

Poterit poni poſt Dracunculos. pag. 75. *p.* 2.

Pro charactere ſit hæc brevis deſcriptio.
Ex radice pellucente, alba, ex tuberibus multis oblongis non fibroſis conſtante, inſtar Aſphodeli radicis natâ, ſurſum enaſcitur tuber orbiculare, teres, ut in Aro, vel Dracunculo; ex quo dein emergunt pedunculi craſſi, ſucculenti, parte poſticâ teretes, parte interiori excavati, atque ibi alis ſuis membranaceis enatis alia folia involventes, albi, maculis rotundis ex rubro purpureis picti; ex quibus folia longa, lata, integra, in apicem acutum deſinentia, ad formam foliorum Muſæ utcunque accedentia, minora; ex medio tubere, inter folia, emergit caulis, ut pedunculi foliorum, pictus, rectus, altus, compreſſus; apex hujus caulis explicatur in calicem hexaphyllum; ex centro hujus calicis pedunculi multi exſurgunt, in umbellam fere expanſi; apex cujuſque pedunculi fit bacca rotunda, monopyrena, umbilicata; apici hujus ovarii inſidet flos hexapetalus, expanſus, ſex ſtaminibus rubellis fœcundus.

Dracunculoïdes. *H.*

Sau-

Saururus; repens; lanceolatus; ad nodos villoſus. *Plum. Plant. Amer. T.* 78. *Serpentaria, repens, floribus ſtamineis, ſpicatis Bryoniæ nigræ folio ampliore, pingui. Plukn. Phyt. T.* 117. *F.* 3. 4. *H.*

Pag. 75. *Part.* 2. *Poſt Saururos.*

Frutex; Africanus; folio Roſmarini tenuiore; flore & fructu Chenopodii. *H. Pag.* 91. *p.* 2. *poſt Chenopodia.*

Aloë; Americana; folio latiſſimo, valde ſpinoſo, viridiſſimo; Pit dicta incolis. *Aloë, fructu Ananas. vulgò. H.* 131. *p.* 2.

Ephemerum; Phalangoïdes; Virginianum; majus; erectum. *Plukn. Phyt. T.* 174. *F.* 4. *H.*

Rhizophora; Indica; Bryoniæ nigræ ſimilis; ad foliorum ortum verrucoſa. *Plukn. Phyt. T.* 220. *F.* 50. *H.*

Rhizophora; Americana.

Americanæ quædam recens ex ſatis ortæ.

Prunus; Surinamenſis; folio alterno Lauri. *H.*

Arbor; Surinamenſis.

Althææ ſimilis; Americana; flore luteo. *H.*

Ex ſemine oblongo, tereti, apice acuto, ſato; fit radix fibroſa, ſparſa; unde caulis erectus, mollis, lanuginoſus; cui alternè adnaſcuntur pedunculi ſimiles, gerentes folia, oblonga, nervoſa, tomentoſa, mollia, inſtar Althææ, ſolitaria in quoque pedunculo; ex alis pedunculorum alii pedunculi, in faſtigio ſuo gerunt denſè aggeſtos floſculos, arctè unitos; calices parvi, tomentoſi, monophylli, quinquefidi, quinque longis apiculis eminentes; floſculi aurei, pentapetali, apice petalorum extrorſum flexo, gerentes ſtamina quinque, teſticulis ovalibus, rubellis, prædita; in centro calicis ovarium unum, oblongum, apiculatum, parvum, glabrum, nigrum, inſtructum tubâ longâ, apice fimbriato prædita, fitque ſemen calice, ut folliculo contentum. Creſcit inter Berbiches & Surinamam. Quum Gumnomonoſperma ſit, ante Valerianas poſſet poni, vel poſt Valerianellas. pag. 75. *p.* 1.

Phaſeolus; folio anguſto, acuto, longo; ſiliquâ hirſutâ; ſemine hirſuto.

Planta; folio Althææ molli; lanuginoſo; flore luteo.

Gramen; folio longo, lato, aſpero; ſpicâ aſperâ; ſeminibus albis in capſulis echinatis, duris.

Santolina; Syrinamenſis; folio conjugato, Chamænerii; calice minus ſquamoſo; flore albo; ſemine anguloſo, umbilicato.

Santolina; Americana; foliis ſerratis, oblongis; flore magno, ex cæruleſcente rubello; calice vix ſquamoſo.

Coluteæ ſimilis; Americana; foliis anguſtis, acutis.

Phaſeolus; perennis; foliis anguſtis; flore cæruleo; ſiliquâ longâ, gracili; ſemine cylindrico; viticulis præditus. *Phaſeoloïdes potius.*

Herba; trifolia; repens; caule ruberrimo; flore cæruleo.

Ricinoïdes; qui Ricinus; Tithymalodes; Americanus; lacteſcens, & urens; floribus albis. *H. A.* 1. 19.

Convolvulus; folio anguſto Ariſari; flore luteo.

Phaſeolus; flore cæruleo; folio Indigo.

Indigo ſylveſtris.

Arbor; folio Acaciæ; ſiliquâ longâ, latâ, articulatâ, externè eleganter reticulatâ; ſemine ovato, plano.

An Leonurus; annua; minor; flore albo; folio Urticæ oblongo; capitulo Bidentis?

An Senecio? arboreſcens; folio conjugato Urticæ, magno, in pedunculo longo; flore albo.

Volubilis; foliis alternis, glaucis, Polypodii; caule nigro; flore cæruleo, vel carneo.

Hedyſarum; fruteſcens; trifoliatum; ſiliquâ articulatâ.

Herba; foliis conjugatis rotundis, nervoſis, rugoſis; caule quadrangulo & nervo folii purpureis.

Granadilla; quæ Clematitis; Indica; flore minimo, pallido. *Plum. Pl. Am.* 73.

Smilax; Americana; Methonicæ folio. *An Kari Vilandi. H. Mal.* 7. 31?

An Convolvulus? folio Hederaceo; ad ſingulos nodos Rhizophora.

Convolvulus; folio ſagittato, & auriculato; flore luteo; fructu veſicario biloculari, condente ſemina bina, in ſingulis loculis.

Convolvulo-Tithymalus.

Radix fibroſa, diſperſa, dat caulem ligneſcentem, in ortu ramorum geniculatum, ibique ornatum binis foliolis parvis, volubilem, lanuginoſum, ramoſum; inde in pedunculis longis folium trifoliatum, lanuginoſum; ex alis foliorum oriuntur pedunculi longi; in apice cujuſque pedunculi naſcuntur primò foliola quatuor, bina utrimque, cruciatim diſpoſita fere, ſurſumque ad pedunculum retroflexa; ſub his duo alia folia majora, poſita ad decuſſim priorum, latiora, trifida, formantia ſuo complicatu ſpeciem caliculi perfectè ut in Aſperugine Tournefortii; ex centro calicis hujus emergit pedunculus, in cujus apice eſt ſpecies minimi quaſi caliculi referentis cotylam; ex hoc emergit flos mas, qui conſtat tribus pedunculis parvis, gerentibus caliculum minimum, ex quo teſticulus maſculinus, aureus exit, ut ſint ita ſtamina terna; ad eundem locum ex centro calicis majoris oritur ovarium conſtans tribus loculis, diſtinctis â ſe mutuò, monococcis,

cis, tubâ longâ, apice ſcabro, præditis. Sed alii flores in eâdem Plantâ, ſunt fœminini ſoli; quorum calix, ut priorum, intra quem caliculus inſtar cotylæ, ex hoc tres pedunculi, in horum apice caliculus, multifidus, hirſutus, intra quem fructus perfecte Tithymali. Creſcit in Americâ.

Pag. 258. *p.* 1.

HELIANTHEMOÏDES.

Ex ſato ſemine albo, oblongo, parvo, in teſſellas per totam ſuperficiem eleganter exſculpto, dejicitur radix fibroſa, quæ explicatur in aliquot ſtolones erectos, pubeſcentes, vix ramoſos, pedem, & ultrâ altos; quibus adnaſcuntur folia alterna, longa, anguſta, ſine pedunculo fere, referentia folium Veronicæ ſpicatæ, flavo-vireſcentia, & per intervalla naſcentia, ex alis foliorum longi, tenues, hirſuti, pedunculi, quorum apex explicatur in calicem monophyllum, tubuliformem, profundè quinquefidum, hirſutum, parte inferiore cavum, & cohærentem, ſuperiore expanſum inſtar ſtellæ, flos pentapetalus, roſaceus, petalis natis ex commiſſurâ placentæ & ovarii, pallidè flavis, inde & ſtamina quinque teſticulis aureis inſtructa; in fundo calicis placentula, cui innaſcitur ovarium, globoſum, inſtructum ſex tubis, ex apice ovarii natis, expanſis, multifidis, luteis; ovarium globoſum, per maturitatem dehiſcens trifariam, quaſi diſſilientibus tribus valvis, interiori parieti harum valvarum adnaſcitur nervus longitudinalis, cui juxta totam longitudinem adnaſcuntur curtis pedunculis ſemina, unde videtur unilociulare, quod forte prius in ſex loculos diſtinctum fuerat. Creſcit in Americâ inter Berbiches & Surinamam.

Pag. 277. *p.* 1.

VALERIANELLOÏDES.

Ex ſato ſemine, cinereo, oblongo, acuto, parvo, inſtar ſeminis Cumini minoris, fit radix fibroſa, perennis; inde caulis quadrangulus, ramoſus, cinericeus, leviter pubeſcens, fruteſcens; folia conjugata, ſubrotunda, ſcabra, ſerrata, in longo pedunculo, ſulcato, ex alis foliorum alia folia conjugata, ſimilia, ut quaterna ibi ſint; faſtigium caulis, & ramorum, fit ſpica longa valde, graciliſque; cui undique adnaſcuntur inſculpti quaſi calices, longi, monophylli, profundè quinquefidi, graciles, tubuloſi, lateribus ſpicæ arctiſſimè adhærentes; continent hi calices florem monopetalum, infundibuliformem, orâ quinquefidâ, expanſâ, cæruleſcentem pallidulum, ex pariete interno tubuli hujus floris ſtamina duo, in centro vero calicis ovarium eſt, quod conſtat ſemine uno, longo, cylindrico, inſtructum tubâ longâ, apice hemiſphærico donatâ.

Creſcit in Americâ.

Pag. 75. p. 1.

Aloë; epidendros; Syrinamenſis?

Arundinacea; foliis latis, caulem amplexis; Syrinamenſis?

Omnes Syrinamenſes ſolo prægnanti committendæ, & in hybernaculis ſervandæ.

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

IN-

INDEX ALPHABETICUS.

Qui charactere romano vera nomina Plantarum ſuis quærenda locis monſtrat: curſivo verô nomina minus convenientia, & in ſynonymis recitata deſignat. Si II. præfigitur, partem ſecundam ſigniſicat.

A.

Abiat. 99.
Abies. II. 179
Abrotanoïdes ſaxea. 4.
Abrotanum. 123. 124. 126.
Abrotanum. 127.
Abſinthium. 111. 125.
Abſinthium. 126.
Abutilon. 274.
Acacia. II. 27. 39. 56. 57.
Acacia. II. 56. 57.
Acajou. II. 262.
Acanthium. 137.
Acanthoïdes. 102. 239.
Acanthus. 238. 239.
Acarna. 101. 102.
Acarna & Acorna. 137.
Acer. II. 234.
Aceris cognata. II. 177.
Acetoſa. II. 85. 86.
—— *Guineënſis.* II. 265.
Achaovan. 99.
Achillæa. 112.
Aria II. 248.
Acinos. 158. 169.
Acinos. 176.
Aconitifolia. II. 73.
Aconitum. 297. 300. 301.
—— *Pardalianches.* 35.
Aconum. II. 167.
Aconitum racemoſum. II. 11. 62.
—— *Helianthemum.* 103.
Acopa. 205.
Acorna. 102.
Acorum. II. 167.
Acorus. II. 167.
Acriviola. 244.
Actæa Plinii. II. 62.
Adhatoda. 239.
Adelaar. II. 113.
Adianthum. 26.
—— *album.* 26.
—— *Acroſtichon.* 27.
—— *aureum.* 21.
Admirabilis peruana. 78.
Adonis. 35.
Adonis. II. 113.
Ægilops. II. 161.
Æthiopis. 163.
Agaath mignon. II. 113.
Agaricus. 14.
Agem Lilac. II. 221.
Agerato affinis. 125.
Ageratum. 125.
—— 238.
Agnus. II. 222.
Agnus caſtus. II. 222.
Agrifolium. II. 219.
Αἰγειρος. II. 211.
Agrimonia. 78. 79.
Agrimoniæ ſimilis. 79.
Agrimonioïdes. 79.
Aguaraquinha. 190.
Ajuga. 183.
Aizoon paluſtre. II. 132.
Aizoon ſerratum. 223.
Aizoyatl. 78.
Alaternoïdes. II. 214.
Alaternus. II. 213. 214.
Alcea. 270. 271.
Alcea. 271. 272.
Alchimelech. II. 33.
Alchimilla. II. 92.
Alchimilla. II. 93. 95.
Alcyonium. 10.
Alga marina. 6. 9.
Alhagi. II. 264.
Aliſma. 98. 100. 200.
Alkekengi. II. 66.
Alliaria. II. 19.
Allium. II. 144.
Allium. II. 145. 146.
Alni effigie. II. 248. 257.
Alnus. II. 181.
Alnus nigra baccifera. II. 231.
—— *Tulipifera.* II. 262
Aloë. II. 128. 129. 130. 131. 267.
Aloë II. 132. 133. 270.
Aloïdes. II. 132.
Alopecuros. II. 158.
Æſchynomene. II. 55. 56.
Alſinaſtrum. 215.
Alſine. 201. 215. 225. 226.
Alſine. 208. 209.
Alſine baccifera. II. 71.
—— *repens.* II. 71.
Althæa. 269.
Althæa. 268. 270. 171. 272. 273. 274.
—— *ſimilis.* 274.
—— *ſimilis Americana.* II. 267.
Alyſſoïdes. II. 5.
Alyſſon. II. 3. 4.
Alyſſon. 5. 6.
Alyſſum. 156. 157. 162. 225.
Amaracus. 178.
Amaranthus baccifer. II. 70.
Amaranto affinis. II. 99.
Amarantoïdes. II. 99.
Amarantus. II. 91.
Amarantus. II. 97. 98.
Ambroſia. II. 8.
Ambroſia. II. 102.
Ambulon Arbor. II. 261.
Amelanchier. II. 257.
Amellus. 116.
Ammi. 49.
Ammi. 57. 58.
Ammoïdes. 49.
Amomum Officinarum. 56.

Ame-

Amomum Plinii. II. 67.
Amygdalus. II. 243. 245.
Anacampſeros 288. 289.
Anacardi altera ſpecies. II. 262.
Anagallis. 202. 225.
Anagallis. 203. 204.
Anagyris. II. 26.
Anagyris. II. 27.
Ananas. II. 83. 84.
Anapodophyllon. II. 72. 73.
Anchuſa. 189.
Anchuſa Alcibiadion. 188.
——— 194. 195.
——— *degeneris facie.* 188.
Androſace. 201.
Androſæmum. 241.
Androſæmum. 242.
Anemone. 36.
Anemone. 37. *ad* 39.
Anemone tenuifolia. 35.
Anemonoïdes. 36. 37.
Anemonoſpermos. 100.
Anethi ſimilis. 60.
Anethum. 65.
Angelica. 51. 52. 68. 69.
Angelica. 53.
Angelica Arbor ſpinoſa. II. 62.
Anguria. II. 79.
Anil. II. 34.
Aniſomarathrum. 70.
Aniſum. 59. 65. II. 264.
Anona. II. 249.
Anonymos Americana &c. 148.
——— *Ribeſii foliis.* II. 238.
——— *flore Coluteæ.* 237.
——— *Guineënſis.* II. 131.
Anonis. II. 33. 34.
Anſerina. 41.
Anthemis. 110.
Anthora. 300.
Anthriſcus. 63. 70.
Anthyllis. 183. II. 48. 96.
——— *leguminoſa.* II. 48.
Antirrhino affinis. 234.
Antirrhinum. 231. 232.
Antirrhinum. 233.
Antithora. 300.
Aparine. 149. 150.
Aphaca. II. 45.
Aphyllanthes. 131.
Apios. II. 53.
Apios. 256.
Apium. 57. 58. 59.
Apium. 67. 68. 69.
——— *paluſtre.* 55.
Apium riſus. 32.
Apocynum. 312. 313. 314.
Apocynum. 312.
——— *trifolium.* II. 227.
Apollo. II. 113.
Aquifolium. II. 219.
Aquilegia. 303. 304.
Aquilina. 303.
Arabis. II. 7. 19.
Arachidna. II. 42.
Aracoïdes. II. 42.
Aracus. II. 43.
Aralia. II. 63.
Aranzo dolce. II. 239.
Arantia malus. II. 239.
Arbor Afra Acaciæ ſimilis. II. 57.
——— *Africana Buxifolio.* II. 263.
——— *conifera.* II. 183. 196. 202.
——— *amara.* 125.
——— *Americana.* II. 264.
——— *reſinoſa.* II. 263.
——— *Balanga.* II. 263.
——— *Benzoinifera.* II. 259.
——— *Braſiliana Myrti laureæ foliis &c.* II. 216.
——— *Camphorifera.* II. 261.
——— *Coral.* II. 49.
——— *Diaboli.* II. 258.
——— *exotica.* II. 56.
Arbor folio Buxi Africanæ. II. 263.
——— folio Salicis. II. 263.
——— *Judæ.* II. 23.
——— *Paradiſiaca.* II. 80.
——— *Salicis folio.* II. 263.
——— *ſiliquæ.* II. 58.
——— *ſiliquoſa &c.* II. 24.
——— *tinctoria.* II. 229.
——— *vitæ.* II. 180.
——— *venenata.* II. 229.
——— *Virginiana Benzoïnum fundens.* II. 259.
Arbores ab II. 169. *ad* 271.
Arbores Monocotyledones. ab II. 169. ad 171.
Arbuſculæ Afræ. II. 263.
Arbuſcula, alatis foliis. II. 263.
Arbores Dicotyledones. ab II. 171. *ad* 264.
Arbuſcula Coralli. II. 49.
——— *Nerii foliis.* II. 265.
——— *Ulmi facie.* II. 259.
Arbutus. II. 217.
Archangelica. 53. 157.
Arctium. 146.
Arenaria. 209.
Armoracia. II. 10.
Argemone. 280.
Argemone. 280.
Argentina. 41.
Argyrodendros. II. 195.
Aria-Bepou. II. 236.
Arioïdes. II. 74.
Ariſtolochia. 278.
Ariſtolochia. 309.
Ariſarum. II. 73.
Armeniaca. II. 242.
Armeria. 218.
Armerius. 132. 133. 218. 219.
Aronia. II. 256.
Artemiſia. 127.
——— *Turcica.* II. 90.
Artiſchochi 139.
Artiſchoki ſub terrâ. 102.
Arvida ſalva. 154.
Arum. II. 73. 74. 75.
Arum. II. 74.
Arundinacea foliis latis &c. II. 270.
Arundo. II. 161. 162.
Arundo Indica. II. 127.
Arundo ſaccharifera. II. 162.
Aſarina. 71.
Aſarina. 234.
Aſarum. II. 95.
Aſcalonitides. II. 144.
Aſclepias. 312.
Aſcuroïdes. 242.
Aſcyron. 241. 242.
Aſcyrum. 242.
Aſparagus. II. 65.
Aſperugo. 191.

Aſperula. 149.
Aſphalathus. II. 24. 27.
Aſphaltium. 162.
Aſphodelus. II. 109. 110.
Aſphodelus. II. 133. 134. 142.
Aſplenium. 25.
Aſter. 94. 95. 96.
Aſter. 96. 97. 99. 102. 103. 104. 105. 108. 116.
Aſter aizoïdes. 289.
Aſteriſcus. 104. 105.
Aſteriſcus 95.
Aſteroïdes. 96.
Aſtragaloïdes. II. 46.
Aſtragaloides. II. 46.
Aſtragalus. II. 53. 54. 55.
Aſtragalus. II. 46. 51. 53.
Aſtrantia 72. 73.
Aſtrantia. 53.
Aſtroïtes. 1. 2.
Atlas Tree. II. 195.
Atractylis. 101. 104.
Atriplex II. 89.
Atriplex. II. 90. 91.
Avellana. II. 176.
——— *purgatrix.* 253.
Avena. II. 161.
Avena piloſa. II. 161.
Avicularia Sylvii. 248.
Aurantium. II. 239. 240.
Aurea mala. II. 69.
Auricula Judæ. 14.
——— *leporis.* 71.
Auricula muris. II. 35.
Auricula muris. 88. 209.
Auricula Urſi. 200. 201
Auricula Urſi. 206. 228.
Auriculæ Urſi affinis. 202.
Azadaracheni. II. 236.
Azadarichta. II. 236.
Azedarach. II. 236.
Azura. 246.

B.

Baccharis. 116.
Balauſtia. II. 250.
Bulbus leucanthemus. II. 142.
Ballote. 175.
Balſamina. II. 76. 77.
Balſamita. 125.
Balſamita. 125. 185.
Bamia. 272.
Bamiæ affinis. 272.
Ban. II. 217.
Barba Capræ, vel Capri. 245.
Barba Jovis. II. 40.
Barbarea. II. 15. 16.
——— *muralis.* II. 14.
Barbula hirci. 90.
Bardana. 146.
Baſella. II. 266.
Baſila. II. 266.
Baſilicum. 170.
Baticula. 57.
Becabunga. 225.
Bechium. 101.
Been albo ſimilis. 212.
Been album. 211. 212. 214.
Behen rubrum. 76.
Belladona. II. 69. 70.
Bella donna. II. 147.
Bellis. 108. 109.
Bellis. 107. 108. 113. 124. 125. 131.
——— *lutea.* 106.
——— *ſpinoſa.* 124.
Belmuſcus. 272.
Belvedere. II. 90.
Bem Curini. 239.
Benmoſi. II. 222.
Benzoin. II. 259.
Berberis. II. 233.
Bermudiana. II. 148.
Berula. 225.
Beta. II. 94.
Beta. II. 104.
— *baccifera.* II. 266.
Betonica. 154. 155.
Betonica. 171. 174.
Betonica aquatilis. 234.
——— *coronaria.* 216. 217. 218. 219.
——— *Pauli.* 225.
Betula. II. 182.
Bidens. 122. 123.
Biſolium. II. 153.
Bignonia. 310.
Biſermas. 163.
Biſtingua. II. 63.
Biſtorta. II. 86. 87.
Biſtorta. II. 263.
Blaauw Juweel. II. 113.
Blattaria. 226. 227.
Blattaria. 221. 228.
Blattariæ affinis. 202. 203.
Blitum. II. 91.
Blitum. II. 90. 97. 98.
——— 119.
Boekeboom. II. 263.
Boerhaavia. II. 264.
Boletus. 13.
——— *phalloïdes.* 12.
Botrys Ambroſioïdes. II. 90.
Bon. II. 217.
Bona. II. 43. 45.
Bonduc. II. 59.
Bonifacia. II. 63.
Bonus Henricus. II. 90.
Borrago. 187. 188.
Borrago. 188. 189. 191. 193.
Borraginoïdes. 188.
Botrys. 182.
Bottys. II. 90.
Boviſt. 15.
Branca Urſina. 238. 239.
——— *Germanica.* 66.
Brandhoutboom. II. 196.
Braſſica. II. 11. 12.
Braſſica. II. 1. 2. 14.
——— *marina.* 245.
Briza. II. 159.
Brunella. 168. 169.
Bryonia. II. 61.
Bryonia. II. 62. 80.
Bryonioïdes. II. 61.
Bubonium luteum. 96.
Bugloſſo affinis. 193.
Bugloſſum. 188. 189.
Bugloſſum. 188. 189. 191. 192.
——— *Echioïdes.* 86.
Bugula. 184.
Bugula. 168.
Bulbocaſtanum. 50.
Bulbocaſtanum. 69.
Bulbocodium. II. 118.
Bulbocodium. II. 120.
Bulbus ſylveſtris. II. 142.
Buna. Bunnu. Bunchos. II. 217.
Bunias. II. 13.
Buphthalmum. 106.
Buphtalmum. 35. 106. 107.
Bupleurum. 72.
Bupleurioïdes. 71. 72.

Bupleurum. 71.
Burſa paſtoria. II. 4. 8. 9. 15.
Burſa Paſtoris. II. 9.
—— *Paſtoris.* II. 4.
Burſa Paſtoris ſimilis. II. 15.
Butomon. II. 168.
Butomus. 298. 299.
Buxus. II. 172. 173.
Buxus Africana &c. II. 71.
Buxus capitis Bonæ ſpei. II. 71.

C.

Cabritta. II. 265.
Cacalia. 118.
Cacayatl. 114.
Cachrys. 64.
Cacubalum. II. 71.
Cahajaba. 294.
Cajous. II. 262.
Cakile. II. 21.
Calaboura alba. II. 263.
Calamintha. 175. 176.
Calamintha. 161. 172. 185.
Calamus aromaticus. II. 167.
Calathiana. 205.
Calcar Galli. II. 257.
Calendula. 113.
Cali. II. 93. 94.
Callina. 101. 102.
Caltha. 113.
Caltha paluſtris. 298.
Camará. II. 224.
Camará-Tinga. II. 224.
Camaru. II. 66.
Camelina. II. 4.
Campanula. 247. 248. 249.
Campanula. 246. 250.
—— 205.
—— II. 112.
Camphora. II. 261.
Camphorata. 124.
Camphorifera Arbor. II. 261.
Campoalxochitl. 114.
Candelari. II. 98.
Canna Indica. II. 127.
Cannabina. 159.
Cannabina 122.
—— T. II. 105.
Cannabis. II. 104.
Cannabis. II. 105.
—— 159.
Canncaorus. II. 127.
Cantabrica. 247. 248.
Caova. II. 217.
Capnoïdes. 309.
Capnorchis. 309.
Capnos. 308.
Capparis. II. 71.
Capraria Curaſſavica. II. 265.
Caprifolium. II. 226.
Capſicum. II. 68. 69.
Caput Gallinaceum. II. 47. 51.
Car Chichek. 198.
Caracalla. II. 28.
Cara Noſi. II. 222.
Cardamindum. 244.
Cardamine. II. 16. 17.
Cardamine. II. 8. 15.
Cardamomum. II. 128.
Cardiaca. 180.
Cardiaca. 180.
Carduo affinis. II. 83.
Carduus. 136. 137. 138.
Carduus. 101. 102.
—— 91. 138. 139. 140. 141. 142. 293.
Carduus. II. 264.
Carduus Acanthus. 238. 239.
—— *benedictus.* 140.
—— *Braſilianus.* II. 83.
—— *Fullonum.* 133.
—— *ſphærocephalus.* 135
Caretti. II. 56.
Carlina. 137.
Carnaiba. II. 169.
Caroliniana. II. 261.
Caros. 59.
Carota. 62.
Carpinus. II. 176.
Carthamus. 139.
Carthamus. 137.
Carui. 59.
Carum. 59.
Caryophyllæi Flos. 216.
Caryophyllata. 42. 43.
Caryophyllus. 216. 217. 218. 219.
Caryophyllus. 114. 115. 132. 133.
—— 209. 213. 214 215.
Caſſia. II. 58.
Caſſia. II. 57. 58.
Caſſida. 177.
Caſtanea. II. 178. 179.
Caſtanea equina. II. 230.
Caſtanea folio. II. 260.
Catanance. 92.
Catanance leguminoſa. II. 25.
Cataputia. 255.
Cataria. 174.
Caucalis. 63.
Caucalis. 62. 68.
Cauda murina. 34.
—— II. 102.
Ceanothus. 136.
Cedronella. 168.
Cedro ordinario. II. 240.
Cedrus. II. 207.
Cedrus. II. 180. 208.
Cedrus Lycia. II. 180.
Celaſtrus. II. 213. 214.
Celeri. 58.
Celtis. II. 231.
Centaurioïdes. 143.
Centaurium capitatum. 144.
—— *collinum.* 141.
—— *ciliare.* 144.
Centaurium majus. 143. 144.
Centaurium majus. 142. 143.
Centaurium minus. 223. 224.
Centaurium minus. 213.
Cepa. II. 144.
Cepa marina. II. 143.
Cepæa. 287. 289.
Ceraſus. II. 243. 244.
Ceraſus. II. 244. 246.
—— *Africana.* II. 235.
Ceratia. II. 58.
Ceratites. 306.
Ceratonia. II. 58.
Cerefolium. 70.
Cereus. 292. 293. 294.
Cerinthe. 195. 196.
Cerinthoïdes. 196.
Cervicaria. 249. 250.
Ceterach. 25.
Chærefolium. 70.
Charophyllo ſimilis. II. 93.
Cbærophyllum. 70.
Charophyllum. 63. 69.

Χαλκῖτις. II. 100.
Chamæbalanus, II. 42.
Chamæbuxus. 237.
Chamæceraſus. II. 227.
Chamæceraſus. II. 244.
Chamæciſſus. 172.
Chamæciſtus. 276. 277.
Chamæclema. 172. 173.
Chamæcypariſſus. 123.
Chamædaphne. II. 63.
Chamædrys. 182.
Chamædrys. 43.
——— 181. 182. 183.
Chamæficus. II. 258.
Chamægeniſta. II. 25.
Chamæiris. II. 125.
Chamælæa. 254. 255.
Chamælæa. II. 213.
Chamæleon. 101. 197.
Chamæmelum. 109. 110.
Chamæmelum. 106. 107.
——— *rubrum*. 35.
Chamæmeſpilus. II. 248.
——— *Geſneri*. II. 257.
Chamæorchis. II. 152.
Chamæpericlymenum. II. 227.
Chamæpitys. 182. 183.
Chamæpitys. 172. 182.
Chamæriphes. II. 169.
Chamærops II. 169.
Chamærubus. II. 60.
Chamæſyce. 257. 258.
Charantia. II. 76
Chate. II. 72.
Chelidonia. 305.
——— *minor*. 29.
Chelidonium. 305.
——— minus. 29.
Chelone. 240.
Chenopodio-morus. II. 91.
Chenopodium. II. 91.
Cheruhunda. II. 68.
